


0cm  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17






161.5.1.1

COLLECTIVE WORKS OF HOMER


1724






v








505 2021 tc 3355

Marius. *Trismadversiones in  
Iuris civilis.* 1550. - Forcatulo.  
*Villicus expiator.* 1563. 2000.  
en vol. in-4 vellum.



G V L I E L M I  
M A R I I

Nanetensis Iur.licent.  
Animaduersiones in Iuris

ciuilis interpretes , quibus veri Respon-  
sorum , & legum multarum  
intellectus explicantur.



T O L C S A E.

Ex officina Guid. à Boudeuille Typographi  
Academiae, ex sensis honesti viri Ioh. de Fleurs,  
apud quem vaneunt in vico Portarietis.

1 5 5 0.



W  
S  
A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V  
W  
X  
Y  
Z



Gulielmus Marius, Iuris li-  
cent. D. Francisco Gabard. I. V. doctori  
celeberrimo, & Iurisconsulto-  
rum disertissimo, S.



VM post diuturnos & uarios labores nostros,  
quibus in perquirendis Iuris Romani disce-  
ptionibus non parum temporis & operæ  
posueramus , aliquem tandem modum aut  
quietem nos esse cōsequtos arbitratemur, Vir  
ornatissime, noua tamen & superiore grauior  
sollicitudo obiecta nobis & otium nostrum  
iam animo conceptum interturbauit, & priora consilia nostra  
omnia interuerit. Nam cum studiorum meorum quasi portum  
quendam optatisimum mihi licuisset aliquando intueri, me sta-  
tim aduersi fluctus in vastum illud pelagus, unde ante pene ob-  
ratus non sine magnis conflictationibus emerseram, quamvis re-  
luctantem iterum impulerunt. Ecce enim florentissimæ huius  
**Academæ** lumina duo clarissima, quorum domus ueluti totius  
ciuitatis officina est, D. Geraldus Peterius, & D. Berengarius Fer-  
nandus huius ætatis Iurisconsultorum hic principes , & publici  
professores, quibus iamdiu operam dederam, cum me de discussu  
in patriam cogitantem , & sagittulas colligentem, aliquidq; in-  
terim meditantem animi auertient, me adhuc dubitantem ami-  
cis sermonibus excitarunt, ut si quid longa lectione & frequen-  
tibus prælectionibus meis annotauissim, in publicam studioso-  
rum utilitatem illud in lucem emitterem, & cæteros ad idem fa-  
cinus exemplo meo incitarem . Huc accedebat familiarium no-  
strarum hortatio , quorum apud me plurimum semper studia  
potuerunt, qua quotidiani ueluti conuijns mecum agebant ut  
studia mea colligerem, & aliquod specimen ingenij æderem , quod  
me oculum & operam , quod dicitur, non omnino perdidisse te-

A ij staretur



staretur. Quibus propositis, in uarias sententias distrahebatur  
 animus, nec quid potissimum sequendum esset omnino facile  
 erat statuere: cum non nescirem aliquid scripturo quod in ma-  
 nus hominum peruereturum esset, multorumq; iudicia subitum  
 necessariam esse felicitatem ingenij, uariarum rerum lectionem,  
 atque adeo tum diuinarum tum humanarū rerum cognitionem,  
 ceteraq; omnia quæ immortalitatem quandam afferre soleant  
 operibus: in me uero nihil esse quo prudenter rem tantam ag-  
 gredi me posse considerem. At uero contrā potentissimā ratio-  
 nes animū in diuersam partem rapiebant, quas hoc loco om-  
 nino prætermittam, ut eam solum attingam quæ me uel inuitum  
 ad scribendum potuit pertrahere. Ea fuit profectō, Vir eloquen-  
 tissime, grauiſſima patrocinij tui autoritas, & latissimē patens  
 nominis tui celebritas, cui si ingenij nostri foetus primi placere  
 potuerint, non dubito quot suffragijs doctissimi quique primi-  
 tias nostras probaturi sint: si uero tibi commentationes nostræ  
 non satis dignæ quæ in lucem prodirent, uidebuntur, conatus  
 tamen nostros ad altiora uiam munientes, & optimam uolunta-  
 tem, ut spero, amplectēris: quæ eam potissimum rationem quæ  
 ad maximos honores peruenisti, tuis uestigijs insistendo, sibi ad  
 imitandum, eamq; solam proposuit. Tu enim, ut non minus uerè  
 quam libere dicam quod sentio, ueluti exemplum singulare toti  
 Armoricæ quasi in arce editissima pelluces, cuius lumine clarissimo  
 omnes ignorantia tenebrae obruantur, & ad cuius imitationem  
 omnia sua studia atque adeo uitam omnem iuuenes om-  
 nes, qui ad aliquod nomen cōtendunt, debeat componere. Nam  
 si omnes uitæ tuæ gradus percensere liceat, quis unquam bona-  
 rum literarum à puero fidelius iccit fundamenta? quis in adolescen-  
 tia Philosophia partes omnes melius edidicit? quis in ætate  
 ea consistente encyclopædiam omnem & doctrinarum orbem  
 doctius absoluit, nedum partem eam quæ in lurisprudentia  
 posita est? quis tandem in Senatu grauius dixit sententiam? quis  
 in foro causas egit maiore cum plausu & corona audientium?  
 quis glorioſa uocis contentione pluribus tum de capite, tum de  
 fortunis

fortunis omnibus periclitantibus præsentius attulit remedium?  
 adeo ut prædicare ausim Roscium in scena non pluribus gesti-  
 bus rem eandem potuisse configere, quām tu eandem causam  
 diuersis verbis & persuadendi rationibus diuarias. Iactent Græci  
 quantum uolent suum Periclem, qui in agendis causis fulgurare  
 & tonare dicebatur: Aut Demosthenem qui nihil non oratione  
 credibile faciebat: eferant Romani suum Ciceronem, qui tene-  
 bras iudicibus offundebat: Armorica nostra Gabardum suum  
 omnibus meritò possit opponere. Quæ cum ita sint, habes pau-  
 cis cur patrocinio tuo & autoritate innixus ad scribendum ad-  
 ductus sim, & quænam me causa cōpulerit, vt quicquid est ope-  
 ris clarissimo nomini tuo consecrarem. Superest itaque ut quām  
 breuiissimè fieri poterit, rationem nostrā intelligas cur non per-  
 petuos commentarios in certas tractationes, ut alijs quām pluri-  
 mi, scripserimus, sed nostram sentētiā de diuersis quæ in qua-  
 stionem trahi possent protulerimus. Atque, ut fateamur inge-  
 nuè id quod est verissimum, hæc cōmuniis est inter doctos quo-  
 que conquestio, quod quæ à Romanis Imperatoribus optimè  
 constituta, & à Iurisconsultis responsa fuerant doctissimè, ab il-  
 la commentariorum sylua sæpe fint obscurata, & non secus  
 quām semina optima à noxijs herbis aut sentibus obruta, adeo  
 ut nimius ille morbus scripturientium non lucem aliquam, quā  
 tamen pollicebantur, sed tenebras & confusionem rerum om-  
 nium pepererit. Ne igitur in id fortasse uitium laberemur quod  
 in alijs reprehendendum meritò ducimus, non commentarios  
 scribere instituimus, sed potius quæ ab interpretibus perperam  
 & intellecta & explicata sunt germano intellectu illustrare, &  
 errores eorum annotare, ne forte in eos ineauti inuenies, aut qui  
 non satis diligenter iurisprudentiæ dedissent operam impinge-  
 rent. Quod si quis hoc loco mihi obiecerit, infinitam illam tum  
 commentariorum tum annotationum congeriem his nostris a-  
 nimaduersionibus fieri auctiorem, meque non tam compendio  
 quam immensa illa gaudere farragine, in promptu est, quod re-  
 spondeam, nempe tam uarias & repugnantes opinioneis inter-

pretum apertis rationibus confutare , & inter eos quis melius  
sentiat ostendere, magnum esse iuuētutis compendium, ne cer-  
tē magnam temporis iacturam faciant in ijs perlegendis , quæ  
aut omnino falsa , aut absurdā planè & inepta arguantur . Sed  
hæc omnia qualia censeri debeant tuum potius erit iudicare,  
quem & doctrina iuris , & rerum experientia extra aleam iudi-  
ciorum omnium constituit, cui si sententiam nostram probari  
intellexero, animum ad graviora multò excitabis , & ad bene-  
sperandum de cæteris nostris lucubrationibus propensiorem  
efficies . Quod ad orationis formam attinet , vslus sum facilis &  
nostris vslitata dicendi ratione , vt quod à Poëta eleganter di-  
ctum est hoc rectè accommodari posse videatur , Ornari res ipsa  
negat, contenta doceri . Nullius præterea opinionem sum sequi-  
tus nisi eius rationem subnæceret, neque magnopere curauī ut  
quæ ab alijs decantata sunt repeterem , cum parum gloriosum  
ducam alienis uestigijs insistere, aut id Lectoribus obtrudere,  
quod eorum auribus graue forte videretur . Infelicis enim esse  
ingenij putavi semper inuentis nihil posse adiungere , aut non  
quantum quis animo consequi possit, experiri . Sæpe enim con-  
tingere animaduertimus , vt vnius etiam deterioris sententia &  
multos & maiores aliqua in parte superaret . Quare, uir pruden-  
tissime, quicquid est tuo iudicio prorsus committo, qui & iudi-  
cij acrimonia & constantia omnia rectè dijudicare soles, omnia-  
que æqui bonique consulere , quæ ab eo qui ad graviora con-  
tendat offerantur . Vale . & me qua soles benevolentia prose-  
quere . Tolosæ ex gymnaſio nostro diuō Raymundo sacro . 6 . Cal.  
Febru . Anno . 1550 .

# Gulielmus Marius

Candido Lectori, S.



ENTENTIA est omnium qui de aliorum scriptis verè iudicium ferre possunt, amice Lector, nihil esse quod tam legentium animos offendat, quam odiosa in scribendo prolixitas, contraque nihil esse quod tam eosdem recreet, quam grata illa omnibus breuitas, quam singula pro ratione eorum quæ tractatur perstringuntur. Quod cum non ignorarent viri doctissimi, & nominis mei studiosissimi, has quas ædimus lucenbratiunculas in brevius compendium constringi voluerunt: quorum iudicium prudentissimum nequaquam aspernendum credidimus. Nam ut sapientis est doctorum sequi consilia, & in rebus arduis eorum examen percunctari, sic levissimi est hominis suæ inniti prudenter, potissimum cum de gloria momento contenditur. Itaque cum has meas commentatiunculas patris mei accutissimi D. G. Petterij, & præceptoris mei iuris prudentissimi D. B. Fernandi elegantissimis limis levigandas & poliendas commisissem, non eis omnino placuit disputationis nostræ fecundior copia, sed limanda esse nonnulla censuerunt. Atque ut infinitos prætermittam quibus idem videretur, te vix sine lachrimis possum præterire, Michaël Chouard charissime, quem nobis inuida & præmatura mors eripuit, cum ius civile publicè in hac Academia magno frequentium auditorum applausu subtilissimè interpretareris, & omnium oculos cum magna admiratione in te conuerteres. Tu nisi parcarum implacabilium inhumanitas tantam gloriam Armorice inuidisset, Maronem latinis numeris, Marotum gallicis ryhtmis si non superare, certè æquare potuisses. Tu nos, nostraque tuis elegantissimis scriptis ornare decreueras: pro quo in nos studio nihil aliud possum repēdere, quam

vt mem

ut memoriam tui, quoad eius fieri poterit, æternā efficiam. Sed reliqua persequi non finit dolor acerbissimus: quare ad id vnde profecta est nostra oratio reuertatur. Cum ergo apud nos decretum esset quam breuissimè omnia perstringere, id tamen non omni ex parte præstare potuimus. Primo quia videbā cum quot, cuiusque autoritatis viris mihi esset dimicandū, quid dico dimicandum? imo obtainendum: quorum tanta hactenus inualuit approbatio, ut non modo prima frōte repulsam patiar, sed et si amplissimè & copiosissimè disputauerō, inuictissimisq; conuicero argumentis, tamen quia vetustas (sic est in omni arte tantus error) fidem quodammodo imbecillitati hominum ingenerat, vt illud perpetuò iactetur Scarabeus Aquilam. Id autem non dico quod amicus non sim veritatis, fugatis nubibus erroris, sed quia ea diū irretitos retinuere animos: sicq; p ratione inueterata hæresi vtuntur. Veruntamen nec hoc à conscribendo arcebit, cum sciam non omnia à maioribus ad umbilicum perducta: & forte quia pluribus intenti, desiderioq; multe lectionis tenebantur. Secundum hoc fuit: cum mihi expugnandum foret quod non mediocribus falciebatur, licet apparetibus magis quam veris argumentis, nostra satis confirmari non potuere, nisi alienis ad amissim infirmatis: quod si aliter à nobis factum esset, euenisset ut sitientes à nobis recessissent, qui pauca ex multis, & breuissima ex amplissimis receperissent. Quocirca, beneuole Lector, graue ne feras si laxis habenis curram: Res enim tāta paucioribus concludi non potuit, quin alio interprete egeret. Tertius hic stimulus fuit. Habeo enim in typis problemata aliquot, alijs quā plurimis angustia temporis maturescentibus, quā laconismū ita sapiūt, vt nomothetarum phrasim omnino redolere videantur: sic etenim lectoribus versatile ingenium patere volumus, vt sicuti in rebus copiosis euagari fuisus libuit, ita tandem & paucis breuia concludere nos posse inteligerent. Hilari itaque vultu excipe, beneuole Lector, harum animaduersionum enodationem, ex antro, ut aiunt, Trophonij in luculentam consonantiam euocatam, in qua eo ysus sum temperamento, ut neque quicquam

9  
quam deesse, neque quicquam superesse existimet. Fieri enim  
non poterat, ut tantæ disputationes sine fusione  
ratione tractandi possent explicari.

Vale, & à nobis grauiora  
posthac expectato.

Petrus Tardiucl Jugoniensis  
Iuris vtriusque studiosissimus, de opere  
Autoris. Ad lectorem.

*C*VM densus stridor depresso ex uertice montis  
Saxa salis glomerat uoluens, pellitque procellas  
Spumantes, niuei crebro certamine fluctus,  
Nauta est egregius, qui tanta pericula ponti  
Effugit, implexosque sinus, scopulosque latentes:  
Sic noster Marius rapidis qui carba sauentis  
Commisit, pleno ciuitate in æquore iuris  
Assiduas doctorum dum quatit ipse querelas,  
Legum pugnantes sensus dum colligat arctis  
*V*nclis, & sic mox discordia feruida concors:  
Eximius legum censor, iurisque sacerdos  
Perpetuo est ornandus, quo duce iurgia cessant.

B Petrus

Petrus De Sainctcire  
Dinanensis de autore operis.

*Ad lectorem.*

*Iam suis quondam Marijs superba  
Roma, campani Mario tumentes  
Alfio, cedant: sileat pritorum*

*Acta uetus.*

*Ecce diuino supernum fauore  
Mator exortus Marius Tolosæ,  
Iureconsultus uentens ab ortis*

*Armoricorum.*

*Huc stylum uertant animumq; uates,  
Bretonem seclis Marium loquantur,  
Sacra ciuitatis sophiae Tolosæ*

*Iura docentem.*

*Is fertum iuris docuit meare,  
Contudit Scyllam, domuit charibdis,  
Quies solent nostri scopulis pertre*

*Naufraga turba.*

*Abditas legum repulit tenebras,  
Vortices pandens, pedicas resoluit,  
Explicans, nodosque, grauesque griphos  
O Edipus alter.*

*Interim, uerè studiosa pubes,  
Dum tibi tandem grauiora profert,  
Obuijs ulnis, animo sereno,*

*Excipiatur.*

# In L. Moribus,

## §. Interdum. ff. de vulg. & puppill. substit.

a L. Moribus, &  
l. iam hoc iure. ff.  
de vulg.

b L. i. C. de sa-  
cer. sanct. eccl.

c L. Qua ætate.  
ff. de testament.

d Lfi. C. de cu-  
rat. furio.

e L. Liberorū. §.  
fi. ff. de ver. signi.

f L. Inter stipu-  
lantem §. sacram.

ff. de verb. oblig.

g L. Inter anti-  
quam. C. de vlu.  
& habita.

h §. Liberis. inst.  
de pupill.

i Doctores in l.  
4. ff. de adimēd.  
legat.

k L. Moribus. §.  
prius. ff. de vulg.

l L. fi. ff. de iure  
codicill

m L. sed & si plu-  
nia irrita fiant.

n L. Moribus. §.  
prius, cum sequē



X P L O R A T I Iuris est filio impuberi tabulas pupillares patrem cōstituere posse, a idq; meritō : ut cum nihil præstantius sit in omni uita, quām licere hæredes sibi relinquere: b & id in persona impuberū non patiatur animi imbecillitas, c hunc na-

turæ defectum suppleat omnium feruētior amor pater-nus. d Nec mirū, cū per filios ueluti facta noua satio-ne & supplätatione, memoriam in ævum relinquamus. e Non quidem, quod ut paternū aduersam fortunam filij expectet, id enim omni humanitate iprobatur, f sed cum rebus mortaliū plerique casus aduersi incidere so-

leant, g filio consulere prouido patri iura permittunt. Videlicet, ut prius cōditō sibi legitimè testamento, quasi caput associet sibi partem, suiq; sequelam h tabulas pupillares. Et beneficium, quod patri ius tribuit, illud & ad filium ex persona patris extendatur. Testandi enim ius

beneficium legis est. i Adeo autem ius desiderat, ut prius sibi pater condat testamentū: ut nisi adita quoque patris hæreditas sit, pupillare testamentum euaneat. Nam cum patris, & filij unum testamentum sit, licet duæ sint

hæreditates, k non mirum erit, si fundamēto diruto omnia irrita fiant. Etenim cum testamenta ex hæredis institutes, l si ex asse. ff. uim capiant, et si scriptus sit hæres, non suffi-de vulg.

ciet. m Effectum certe, non nisi ex aditione hæreditatis, prius, cum sequē institutio hæredis habet. n Nisi forte militem nobis probibus. ff. de vulg. ponas, aut fraudem ab intestato succedētis, omissa causa testamenti:

testamenti: Quo casu pro adita hæreditas habetur. Sed an cogi possit hæres, in paterno testamento institutus, hæreditatem adire? Et equidem, quod attinet ad fideicommissariias institutiones, dubio caret. <sup>t</sup> nec durè hoc constitutum, cum ex eo nullum damnum patiatur, compendium autem ad substitutum fideicommissarium perueniat. <sup>p</sup> Verum aliud est cauendum in directis substitutionibus, nisi forte opponas necessariū esse seruum: q̄ sui ergo, bñficio <sup>r</sup> licet prætoris, aut extranei cogi non posse: ne inuito bñficiū fiat, aut quis contra uolūtatem quasi cōtrahat. <sup>s</sup> Ergo nolēte hærede adire hæreditatem patris, tabulæ pupillares euanescent, quod uerū est. Interdum tamen, ut ait Vlpianus, cogendus erit hæres scriptus adire causa pupillaris testamēti, ut ex secundis tabulis fideicommissum conualescat: uti est in l. Moribus <sup>t</sup> h. interdum. ff. de uulg. in quo cardo dubitationis nostræ versatur. Et bona uenia dixero, haec tenus in scaligine ueræ cēluræ delitescit. Qui scrupulus facile excuti potest, si duce æquitate rem perpendamus. Et, ut inquit Cicero, Quia nō possumus testē nostra confirmare, nisi prius aliena confutemus: Videamus quid illi uoluerint, & quem intellectum haec tenus huic literæ adscriperint. Et pro certo (ut solent plerisque locis in iure lubricis) pedem figere non audent: Quocirca tres adferunt lectruras, cum per rerum ueritatem una germana, & uera sit. <sup>t</sup> Arguit enim inscitiam uariatio iudicij.

Prima est, patrem extraneum instituisse, filio præterito, cui tamen aliquem substituit. Hanc communi calculo reprobat, <sup>v</sup> ideo non immorandum.

Secunda, ut & ipsi aiunt, uera in se quidem, sed nihil ad rem facit. <sup>x</sup> Est tamen huiuscmodi ut eum substituerit filio, quem sibi pater instituit. Quæ absurdissima, & à ueritate omnino aliena est. Quomodo enim institutus, idemq; substitutus, se ipsum cogendum postularet? Nam,

<sup>o</sup> & ergo instit. de fideicom. hæredit.

<sup>p</sup> L. i. §. fin. de aqua pluia arcenda.

<sup>q</sup> h. i. instit. de hæredū qualit. & different.

<sup>r</sup> h. sui instit. de hæredū qualit. & differen.

<sup>s</sup> L. i. §. fina. ff. quibus ex causis in possess.

<sup>t</sup> L. Circa. ff. de inossi. testa.

<sup>v</sup> Bart. Bal. Paulus, & alk hic.

<sup>x</sup> Bart. & Ias. hic.

a L. Vranus. ff.  
de fideiust.

cum sit patri institutus, & pupillo substitutus, duo cōtraria peteret à semetipso <sup>a</sup> vt esset hæres pupillo , & non adiret patris hæreditatem. Alium, & tertium intellectum desumunt ex l. apud Iulianum. ff. ad trebellianum, qui minime hic quadrare potest. Est autem uera induc̄io legis, filium instituit cum extraneis pater, & deinde extraneos institutos filio substituit, unus eorū adiuit hæreditatem patris , & sic pupillares tabulae confirmatæ sunt: Aditione enim unius, uel etiam in quota, <sup>b</sup> totum firmat testamentum. Vnde eueniet, ut licet alij instituti, idem q̄ substituti non adierint patris hæreditatem, adire cogantur hæreditatem filij. Ut fideicommissum ab illis, ut substitutis relictū, soluatur . Fideicommissio enim grauari potuerūt in tabulis c̄ pupillaribus , cum essent in patris testamento instituti . Sed hoc dici in nostro S. non potest, quia alius erat, institutus , & aliis substitutus numero diuersus: quod patet satis, dum afferit substitutum cogere posse institutum adire hæreditatem patris, si filius , cui erat substitutus, mortuus sit, aliās non . Quia non debet esse sollicitus de hæreditate viuentis . Nulla ergo recipi potest eorum opinio : Concludunt tamen hoc modo . Institutus à patre cogitur adire patris hæreditatem, ut fideicommissum iniunctum pupillariter substituto valeat. Sed quis nō animaduertet eos sui immemores? dum secundum intellectum approbat, vt idem sit & patri institutus, & pupillo substitutus? Deinde dicunt institutum cogendum, vt substituto profit: Decet enim mendacem, memorem esse, sed hic in una, eademq̄ re pugnantia <sup>d</sup> dicunt , obduratoq; errore assertunt fideicommissum in pupillaribus tabulis relictū, <sup>e</sup> quia scilicet Iurisconsultus hic dixerit , vt ex secundis tabulis fideicommissum conualecat. Est tamen hoc in iure nostro uel sole clarius falsum . Quia à substituto exhereditati, neque legata , neque fideicomissa debentur:

b L. Plane. 2. ff.  
de leg. 1.

d L. 1. C. de fur.

e L. Cum qui-  
dam C. de legat.

etiam,

etiam, si hæreditas patris seu testatoris ad exheredatum, eijsue hæredem peruererit: dummodo hoc non contingat iudicio testatoris. <sup>f</sup> Sed alio iure deuoluatur: nec mirum, cum sit impossibile, & contra natura-

<sup>f</sup> L. Ab exhere-  
dati. ff. de leg. 1.

lem æquitatem, ut eum oneremus, quem non honoramus. <sup>g</sup> Bartolus fatetur hoc contrarium durius expli-

<sup>g</sup> L. Ab eo. C.  
de fideicom.

catione, quam Gordius nodus, nisi, inquit, dicamus uel filium institutum, uel eum, qui patri est institutus, sub-

stitutum. Si itaque commonstrauero neutrum posse ob-

tinere, contrarium admittent, sicq; pugnam in iure no-

stro. Itaque à patre non est institutus filius: ergo exhere-

datus, <sup>h</sup> quod ex sequētibus facile patebit. Ait hic noster textus, interdum institutum hæredem compellendum

<sup>h</sup> L. i. ff. de vulga-

hæreditatem adire. Sed si dicas filium esse institutum, ergo mortuum cogendum <sup>i</sup> adire hæreditatem? Quia

<sup>i</sup> g. deinceps in  
authen. de nup.

non potest cogi hæres à substituto, nisi mortuo pupilllo, ut hic dicit textus. Ergo aliis est institutus, quām fi-

lius? Quod si uelles dicere filium esse institutum cum alio, uides te divinare, immo contra textum aperte lo-

qui: qui uerbo illo, non sine ministerio utitur (hæredem institutum) Nam ex uera illatione inferemus, hic filium esse exheredatum, cum qui de uno dicit, de altero ne-

gare uideatur. <sup>k</sup> Sed de extraneo solo loquitur institu-

<sup>k</sup> L. i. ff. de offi-  
cios cui mandata  
est iurisid.

to: ergo filium exheredatum innuit. Præterea hoc ar-

gumento non esse filium institutum cum alio satis appa-

ret, quia uocat alium hæredem durante uita filij, dum ait, hæredem scriptum durante uita filij non esse co-

gendum: Ex quo inferemus, non esse filium ne ex parte

quidem institutum: ergo exheredatum? Quia antequam

pater pupillariter possit substituere, aut eum instituat,

aut exhæredet necesse est. <sup>l</sup> Ad secundum deueniamus,

<sup>l</sup> g. non solum  
inst. de pupill.

& aperte commonstremus, institutum à patre non esse

hic substitutum. Hic de extraneo perpetuo loquor: fi-

lium enim non esse institutum commonstrauimus.

Et certe

## ANIMADVERSIONES

Et certe facit satis, quod iam semel, atq; iterum deduximus: quo, uel solo uincuntur, atque iretiuntur ha omnes adulterine opiniones. Nam, si esset unus, & institutus, & substitutus, à seipso cogeretur: Ergo agens, idemq; patiens esset: uellet, & abnegaret: quod nōmodo nomothe-  
te a nostri īprobāt, sed oēs artū authores. Sed tu dices, q; institutus est, idē & substitutus, nec ideo à se cogetur, sed ab eo, cui fideicōmissum debetur. subtiliter quidem replicas: Verū mihi uideris labirithū cōstruere, q; & acute

**b** L. Videamus ff. si cui plusquam per legem falci-  
diam.

Ita sit, ut hæres institutus cogatur ab eo, cui fideicommissum restituere debet. Quero nunc, de quo fideicōmissio intelligis? An de uniuersali: an de particulari? c Si

**c** Doctores in  
l. i. ff. de lega. i.

de particulari, sopusitur questio: Cum expeditū sit parti-  
culares legatarios, aut eos qui fideicommissa singularia

**d** Inst. de sin-  
gulis rebus per  
fideicō, relikt.

accipiunt, non cogere hæredem. d Si tu, de eo intelligas,

qui uniuersalem, uel quotam hæreditatis accepturus fit,  
admitto, & comprobat nostram opinionem: Quia hic  
dicimus fideicommissum nihil aliud esse, quam hæredi-  
tatem filij, non tamen vt unus fit, & institutus à patre, &  
idem, filio substitutus. Præterea, & si hoc admitteremus,  
an ideo, quia scriptus hæres adierit hæreditatem testato-  
ris, fideicommissum restituet? Et certe nondum cogi po-  
test: quia non ut hæres fideicōmissum debet, sed ut sub-  
stitutus. e Ergo, iterum cogēdus ut amplectatur pupill-

**e** L. Ab ex hæ-  
reditati. ff. de leg. i.  
**f** Dista l. mori-  
bus. g. prius au-  
tem. ff. de vulga-  
g. Dista l. mori-  
bus g. quisquis.

pillarem: duæ enim sunt hæreditates, f sicq; bis cogetur:  
Primo, testatoris hæreditatem adire, & ut ipsem posuit  
puppillarem amplecti, & postea, pupillarē hæreditatem  
adire, ut tandem fideicommissum soluatur. Nam eodem-  
modo potest nolle adire filij hæreditatem, sicuti neque  
hæreditatem patris. h Neutrā enim, ut apparet per te,  
amplecti nult. Audi quæso. textus ne hic loquitur, gra-  
natum esse substitutum? Præterea afferit ne institutum  
esse substitutum: respondebis, ne uerbum quidem, sed ita

dicendum

**h** g. Extranei in-  
st. de hæred. qua  
lit. & differen-

dicendum, si contrarium effugere uelimus. Ergo admis-  
tisti somnia, & phantasmatu eloqui. Restat nunc ad per-  
uincendā malitiam, & hanc hæresim, ut intelligas, quod  
falso opinaris, hac lege nostra improbari. Nonne textus  
noster asserit, improbum esse eum, qui de viui sollicitus  
est hæreditate? Quisquis ergo substitutus est, sollicitus  
erat, aut poterat esse, de viui, id est pupilli hæreditate:  
quo casu tamen institutum non cogit adire: Ergo alius  
erat institutus, & alius substitutus. Nec tu mihi dicas  
esse fideicommissarium, qui sollicitus sit, id est, eum qui  
fideicommissum petere uult: quia non potest illud, ne  
durante uita quidem fideicommissarij, quem asseris gra-  
uatum esse, de restituenda hæreditate pupilli eset enim,  
& tunc sollicitus de hæreditate uiuentis. Nam substi-  
tutus pupillo dominus est hæreditatis quandiu uiuit  
nisi forte, aliud cauerit testator. <sup>l</sup> Dehinc & uel-  
let fideicommissarius eo titulo agere, quo nullo modo  
tenetur. <sup>l</sup> Nam & ut fallam tuam opinionem ueram ad-  
mittamus, non ut institutus, sed ut substitutus fideicom-  
missum deberet. <sup>m</sup> Restat ergo ut quod sentio aperiam,  
& ni fallor facile est assequi uerum huius <sup>n</sup> sensum, non  
modo ex uerbis <sup>o</sup>, sed ex antecessionibus, & consequen-  
tijs. Ait itaque Vlpianus, nisi sit adita hæreditas patris,  
tabulae pupillares euaneantur. Finis ergo est common-  
strarre quando pupillares tabulae corruant, aut quando  
non: Neque hic ullomodo de fideicommissio loquitur,  
satis enim ample infra loquitur ad Trebell. & ad legē fal-  
cidiam. Ergo propositum est eius commonstrarare, quid  
pupillares tabulae ad essentiam requirant: & inter cætera  
aditionem paternæ hæreditatis desiderant. Sed quia ex-  
tranei nullo iure coguntur adire hæreditatem inuiti, <sup>n</sup> L. nec emere.  
etiam si lucrosa sit, non euenerit ut corruant perpetuo pup-  
pillares tabulae, non adeunte hærede scripto: Quod ita  
est, nisi certis casibus, in milite scilicet, & in eo q̄ omissa  
causa testamenti, in fraudem ab intestato succedere uult.

<sup>i</sup> Authent. res  
quæ cōmunia de  
legatis.

<sup>k</sup> Sdisponat in  
authen. de nupt.  
coll. 4.

<sup>l</sup> L. edita actio  
C. de ædendo.

<sup>m</sup> In L. i. ff. devulg.

<sup>n</sup> L. nec emere.  
C. de iure delibe-

## ANIMADVERSIONES

Sed an alias unquam? Ita inquit Vlpianus, interdum enim: etiam pupillaris testamenti causa, id est, fauore testamenti pupilli, ne intestatus decedat: Non dicit fauore legatarij, sed tabularum pupillarium, & sic substituti, quia inquit cogendus erit scriptus hæres: Institutum ergo satis non esse filium patet, neque etiam extraneum, qui idem sit substitutus. Deinde in litera ita habetur: Ut ex secundis tabulis fideicommissum conualescat, id est, ut hæreditas pupilli à substituto habeatur. Nam hic fideicommissum pro hæreditate pupilli accepitur. Quin ita sit, statim subiicit in uersiculo sequenti, dum ait, de vivi hæreditate: Ergo quod prius fideicommissum appellat, post declarat se hæreditatem intelligere: Ita ut nulus esset fideicommissarius, sed unus solus substitutus.

Quod probo tribus fundamētis. Primum est recte eum vocasse fideicommissum, non quia verè fuisset, sed quia substitutus ueniebat ad instar eius, cui per manum tertij fideicommissio relicta esset hæreditas: a Nā hic in §. nostro antequā actio locū habeat, mortuus est pupillus, cui substitutio directa erat facta, si ante mortem eius adiisset patris hæreditatem institutus b propria uoluntate: Sed quia post mortem filij iam euauisse uidetur directa substitutio: vnde per manum tertij, quod directo antea poterat capere adita hæreditate patris, iam oblique capiet: Itaque secuti per manum tertij fideicommissum capimus, & factō, sic & hic iam hæreditatem pupilli caput. Quod satis constat, quia hic cogit institutum substitutus, quod minimē possit si adhuc viueret filius. Estque casus singularis, & elegans fallentia ad illam regulam, vt extraneus non cogatur adire hæreditatem testatoris: Ratio est, quia ille non afficitur incommodo adeundo, cū non temeratur ad onera hæreditaria cautione, vt moris est interposita, & prætore iubente, substitutus autē amplectitur luctuosam filij præmortui iacentē hæreditatem. Præterea hoc satis probat & textus, quia dicit, vt

a Toto tit. ff ad trebell.

b Dicta l. moribus §. interdum.

c L. cum hæredi tas. ff. ad trebell.

fideicommissum conualescat, monstrat enim illo verbo  
conualescat, mero iure & stricto non posse vocari sub-  
stitutum, ut quia corruerat directa pupillaris, non adi-  
ta hæreditate paterna ante mortem ipsius filij : Tamen  
inquit ut conualescat, cogendus erit, & quidam utili  
actione testamentaria. Et sic ad instar fideicommissi de-  
debitur hæreditas pupillaris : Conualescere enim id di-  
cimus, quod infirmitate prius præsum fuit: At substitu-  
tio extincta subtilitate iuris videbatur, dum tempore  
mortis pupilli quo deuolui debuit ad substitutum, ca-  
pite mutilata reperitur, dum testamentum patris nullas  
vires habebat non aditione facta: Secundum ex eo desu-  
mam, quod subiicit in sequenti exemplo, dum ait, quā-  
do minor se abstinuit, deinde restituitur. Certe directæ  
actiones substitutis non competunt, de æquitate tamen  
utiles eis restituuntur, quæ illis prosunt sicuti restituto  
pupillo . Videtis ergo quomodo in casu restitutionis, L. illud que situm  
parificat utiles dæctiones, ei qui actionē intentat, aduer- est. ff. ad l. aquill.  
sus eum qui non adiit hæreditatem ante mortem pupil-  
li, ut ad instar fideicommissi hæreditatem illam utilibus  
actionibus consequatur. Tertium est non esse absurdum  
fideicommissum hic impropriæ capi, cum in iure nostro  
sit ordinarium, ut ex subiecta materia uerborum signifi- e. L. in lege. ff.  
cationem uariemus: e uerbi gratia , dū in legatis substi- locati.  
tutionē habere locum dicimus, cū substitutio verè non f. L. interdū. ff. 1.  
nisi de quota hæreditatis dicatur: & infinitis locis docto ff. de hæred. insti.  
res nostri hoc prædicant: Neque hic fideicommissum pro g. L. si vno. ff.  
hæreditate iacente g. durius dicetur, quā donatio p. trāsa locati.  
Siōe, cū donatio sit mera liberalitas unius, h. trāsa & i. n. L. i. ff. de dona.  
cōtrouersiarū finis, i quavltro citroq; datū e. manat, hocq; i. L. Transactio.  
tolerādū esse facilius admittet schol. q. antinomia. Præ- C. de transact.  
terea volūtas legis nō uerba inspiciēda k. est, quæ oīno ea de iure patro. k. L. adigere. ff.  
esse videt ut fideicommissū hic p. hæreditate iacēte capiat: l. Toto tit. ad.  
atur: Cū solū in hoodistet fideicommissū hæreditas etiam, Trebell.  
sed obliqua l. Ultimo, quō odiū & fauor simul se cōpa-

a L. Quod fiantur? Dicit textus, cogendum esse hær edem institutum, & hoc gratia tabularum pupillarium, id est, fauore.

Deinde afferit ut cōualescat fideicommissum, quod uerbum nisi pro hæreditate pupilli, & substitutione capiatur, iam esset onus, quod odiosum est, & b institutis & substitutis: Ergo textus sibi ipsi repugnaret. His, nifalor, morosus quiuis contentus erit, ut hoc modo recte intelligatur §. extraneus à patre institutus, ex hæredato filio cui pater pupillariter substituit, cogi potest hæreditatem paternam adire, licet filius præmortuus sit. ab eo qui substitutus est, cum ei merito succurrēdum sit: Cum tempore uitæ filij, agere aduersus institutum non potuerit, c ne de viui hæreditate sollicitus esse videatur:

de anna. excep. d L. si. C de hoc enim non caret suspitione uoti captande mortis. Attamen sciendum est, hoc de æquitate quadam cōcedi,

cum substitutio euauisse videatur morte pupilli, quo tempore, ut iam à nobis dictum est, capite & fundamento carebat, id est paterno testamento, prius non ualenti agere iura subueniunt: ut etsi directe, ad instar tamen fideicomissi conualescat eius actio. Quam opinionem pater meus Dominus Peterius subtilem quidam & ueram approbauit: unū tamen à me requirebat, qua actione scilicet hic substitutus ad hæreditatem iacentem ueniret: cui cunctationi in promptu minime respondi. Sed ubi collegi animum meum, utili ex testamento, agendum dixi, idq; ex fine §. nostri colligi afferri. Et post aliquot dies, cum incidissem in illum tractatum ad Sylleianum, offendii Iurisconsultum Vlpianum, e in simili negotio utile dare actionem, his uerbis. Eleganter Scæuola ait: Ut quis ad hæredem suum utiles actiones transmittat, si forte ante additionem decesserit, exploratum esse debere: Idcirco eum non adire, quod Senatusconsulto editoq; terreatur. Transmittit ergo, non de rigore Iuris, sed de æquitate utiles actiones.

e L. si quis gra-  
ui. §. eleganter. ff.  
ad Sylleianum.

# In L. Cum duobus,

§. Si in coēunda. ff. pro socio.



ATVISSE ueritatem huius §. mi-  
tum quidem uideri non debet his po-  
tissimum qui magis uerborum pro-  
prietati student & quam æquitat &  
rationi, cum hic uerus intellectus à  
principijs cum artis tum æquitatis de-  
pendeat, & ne suspensos animos diu  
retineam. Duæ sunt seûe hominum in interpretatione  
huius §. Prima, est antiquorum quæ rebus quidem im-  
morari uidetur: Sed parum alte res, naturamq; negotij  
considerauit, dum extra mentem literæ decidit. Afferit  
autem hic pollicitatorem non præstaturum culpam cum  
artem adhibeat, alter neutrū. Hæc enim lectura opu-  
gnat uim, & sensum huius §. cum constet hic ab altero  
dari rem, ab altero uero operam, impendi ex illis uerbis  
pallicitatori agrum damus in commune querendis fru-  
ctibus. Etenim dari ab altero dicit fundum, ut fructus  
communes sint, si enim res esset communis, quare fru-  
ctus communes non erunt, & Maxime cum is qui me-  
diā partem confert, conferat & operam. Nullum enim  
esset dubium, immo esset contra apertam æquitatem, ut  
qui & operam confert, & rem nō nisi mediā fructuum  
portionem habeat, cōpeterent enim, & si nihil rei com-  
municaret ratione, scilicet industria præstite. <sup>h</sup> Tamen h  
hæc pertinaciter concludens Azo ulterius progreditur  
his uerbis: Ut unus pro bobus prætium det, uel fundum,  
& hoc ideo, quia alter artem pollicetur uel operam. Ita  
inquit uelat eam, ut unus operam, uel artem magis quam  
alter adhibere non intelligatur. Ideoq; æquum debet ui-

<sup>f</sup> L. vniua de  
dititia libert. tol.

<sup>g</sup> L. si non fue-  
rint i pro socio

<sup>h</sup> Dicit si nō  
fuerint §. si. ff pro  
socio.

C iii deri

## ANIMADVERSIONES

deri si pollicitator de culpa teneatur. Et sic singula singulis restituuntur. Hæc ille, Sed nemo est qui assequi sensum huius dicti possit, ut merito dicamus maiores tenebras attulisse literæ, quām ipsa contineat, plusq; esse immorandū in enodatione opinionis Azonis quam uera cœntemplatione iurisconsulti: quæ res ab Aristotele improbat. Est enim necesse obscura claris explanari.

Pavidus ergo Accursius castra mouit conuertitq; se ad hanc stationem, ut dicat prætium artis, est uelamentum artis. Ita ut prætium ponere videatur qui artem uel operam ponit. Vtinam nobis resurgat uaticinator qui interpretatur ueniat eorum uoluntatem, sed en astutia hominis, qui dum assequi causas rerum nō potest, inuolutione uerborū animos retardat & suspensos facit: Sed ita sit ut prætium ponere videatur qui artem ponit quomodo tandem intelligemus h?

Budæus itaque flos, & decus Galliæ perpensu eorum errore se certe longe satis querens ad aliam lecturam conuertit, ut non (quod tamen leges desiderant) a uiru & sensu quereret, sed eleganter dum contendit solum loqui iurisconsultum b ad phrasim comicorū interpretationem reduxit, non ad animam legis rationem. Et ideo inuertit uerba literæ: ut sit ita legendum. Operæprætium enim est artis uelamentum, pro eo quod est magni existimandum & magni pendendum. Pace tanti uiri dixero parum curari à nostris iurisconsultis de inuersione illa, aut copia uerborum: sed immo quam breuissime & succincte mētis loquuntur. cdam tamen conceptum mentis enūciant, d. Quod si fateamur posse ita legi, quis erit intellectus §. magnificiendū est artis uelamentum. Quo referemus superiori responso an sequenti? Ut quid sensus eliciamus, itaq; cum dicit nobis natura ut potius ueritati quām hominibus amici scimus, dicam quod sentio, deposito metu inuidiæ & liuoris. Et præmitto fieri posse

a L adigere. §.  
quāuis. ff. de iure  
patro.

b L.z. C. com-  
munia de legat.

c Cano. erit 4.  
distinct.

d L labeo. ff. de  
appel. lega.

posse, ut societas contrahatur, aut ut unus rem præstet solum, alius uero operam solam. Plerumque enim tanta est industria socij, ut plus societati conferat quam pecunia. e L. si non fuerint t. ff. pro socio

Vt puta si solus nauiget, solus peregrinetur, pericula subeat solus: & sic in nostro §. coita est societas, ut

unus operam, & artem impenderet: alter uero res præ-

staret, quod in dubium nemo sanè mentis reuocare po-

test, cum dicat textus, pollicitus est alter artē operāmne

alter uero fundum colēdum, aut pecora pascenda dedit.

Nam uel si ad grammaticæ fundamenta descendamus, f L. si quis fun-

non est dubium quin alter de duobus dicatur. Et ne il-

lud uerbum (in commune) negotium faciat, insertum in

illa clausola (ueluti cum pecus in commune pascendum,

aut agrum pollicitatori colendum damus in commune g Argu.

querendis fructibus) quasi uellet innuere pecus cōmune

esse, uiderent frusta dictio (in) apponi. Quod si & ad

grammaticos referamus iudiciū afferent audacter quo-

ties hæc dictio (in) inseritur ante adiectuum absolutum

tunc substantiu[m] disiungit, uerbi gratia, Vinum in

medium posuit, aut librum in publicum edidit. Quis di-

cet hanc orationem ita conſtruendam? Viuum medium

in posuit, aut librum publicum in ædidit? In commune

ergo pecus dedit alter, id est, ut esset commune non qui-

dem substantia ipsa, sed eius fructus ut statim subiicit il-

lis uerbis in commune querendis fructibus.

Secundo præmitto eum teneri de culpa qui se ingerit, uel ut artifex aliquid agēdum suscepit: imperitiam enim culpæ annumerandam. Celsus libro 8. digestorum scribit. Nec mirum: nam quod per imperitiam factum est le- gitime, in caput eius retorquetur qui peritiā dum profitetur alijs periculosa[m] facit. Nā ut inquit diuinus Pla- to Nullus artifex peccat. g Nō est enim artifex, qui arte fallitur: quo sit ut recte eum de culpa teneri prædicent leges.

L. si quis fun-  
dum §. celus. §.  
locati.

origi. iur.

## ANIMADVERSIONES

Tertio, præmitto artem desiderari in collendo recte agro, cuius rei fidem nobis faciunt, & Virgilius, & Varro, Cato, & Columella. Nec in dubium cadit cultura agrum fertiliorem reddi, <sup>a</sup> in qua ars uersatur: Eodemqe

<sup>a</sup> L. si merces s. modo in pascendis gregibus est, & ars & cura exercenda, conductor & l. se quenti. f. locati.

tum in educendis cogendisqe cum in pabulo deligendo alijqe similibus. His sic præmissis iam dubitari non oportet quin contractus alij dolum malum dumtaxat,

<sup>b</sup> I. contractus. alij dolum & culpam recipient. Dolum solum depositum, nec hoc durum cum solius deponentis, non etiam

recipientis utilitas commodumqe uersetur, & sibi imputetur, deqe sua resupina delectione queratur: Cur apud negligentem minusqe uersatum patremfamilias deposuerit. c Dolum, & culpam societas in iudicium, & enim

<sup>c</sup> f. præterea qb mod. re contra oblig. infit.

d L. Si maior. C. questionis. est cum. iniiri societas possit hoc modo, ut unus rem solum aliis operam solum, aut uterque rem

& operam simul præstent, & an in utroque facto & que culpa præstari debeat, an non: Est autem hic culpa sicuti in omni parte iuris, nulla adiecta nota distinctionis leuis, cuius rei uallidum habeo testem iuris doctorem Alciatum. f At quia leuis culpa aliquando curam exactio-

rem aliquando remissiorem desiderat. Et hoc in nostro S. contingit, pauca dicamus.

Debemus enim diligentiam, aut rebus alienis, g aut communib; in nostris enim, & abusus tolleratur. In rebus alienis ea est adhibenda diligentia quam bonus quis paterfamilias adhibet eiusdem professionis & artis, quod pater & lucerna Legistarum afferit Bartolus. h In communib; autem est adhibenda cautio: an communis sint res incidenter, & sine conuentione, ut est res legata, donataue duobus, an uero ex conuentione res fiat communis: Nam quotiens non contrahimus, sed incidi-

f In I. late culpe ff. de verb. signifi.

g L. in re man- data. C. mandati.

h L. quod ner- ua. f. depositi.

mus in societatem, non talem diligentiam præstare debet consocius quam diligens paterfamilias. Ratio est, quoniam propter suam partem causam habet gerendi. Sufficit ergo talem diligentiam præstare qualem in suis rebus. Ad aliam itaque positionem reuertamur, quando scilicet res contractu communis fit, & aliud à communione sentiamus, ut que est vera s. nostri voluntas discutiamus, ita ut cur membra constituamus. Quando in rebus est ex contractu invita societas, necesse est, aut ut opera sola ab una parte præstetur, ab altera res, aut uterque operam & rem pro æquis portionibus conserat. Nam quoties uterque sociorum & operam & rem confert socius socia nomine culpæ, id est, desidie, aut negligentie tenetur: Ita tamen ut culpan non ad exactissimam diligentiam redigamus, & ita verba finalia s. nostri loquuntur quæ hoc modo cõtinent. (Quod si rei cõmuni socius nocuerit, magis admittit culpam quoque uenire) hæc uerba (rei cõmuni significant) quia uterque rem communicabat ex conuentione, & qui nocuit, desidia, aut negligentia. Sic Celsus Iurisconsultus (magis admittit) quam suple neget culpam uenire. Non quod uelit culpam magis exigi & strictius, quam ab eo quirem non contulit, sed operam solum, quia ut statim dicam, cōtra & præter omnes, maior est culpa desidie in eo qui operam solam pollicetur. Dicitio ergo hæc magis non cōparatiue stat, sed affirmatiue pro hac dictione uerius hoc modo. Verius est ergo socium de culpa teneri licet portionem rei contulerit in medium. Quid ergo dicemus de eo qui rem non confert, sed solam operam artem? uerum an eam solam diligentiam adhibebit qualem suis solet, an exactiorem? Sed preualuit diligentiam quam bonus paterfamilias adhibet, ut præstet: ratio est, quia præmium opere est artis uelamentum, id est, fructus quos ex re cōsocij, pro media parte percipit in compensationem labo-

ris sunt iudicia uelamina & argumenta artis: hoc est se  
artificem promisso. Sed qui se artificem afferit, debet  
exactissimam diligentiam quam quivis in ea re exactissi-

<sup>a</sup> §. imperitia <sup>inst. del. aquil.</sup> mus præstaret. <sup>a</sup> Culpa ergo in primo responso quæ ad  
artificem refertur, intelligi debet exactissima, nec obijci  
huic qui colendum agrum, aut pascenda sua pecora de-

<sup>b</sup> §. si. inst. de so-  
cietate. <sup>b</sup> dit potest: cur sibi diligētem socium non assumpserit? <sup>b</sup>

<sup>c</sup> Lillicias § pe-  
nult. ff. de off. p. si. Quia uelamentum artis, id est, quod ei afferuit se artifi-  
cēm <sup>c</sup> induxit, ut medianam partem fructuum daret: Alias  
non facturus quasi compensatione facta artis ex parte ar-  
tificis cum fructuum portione domini rei. Quod non

<sup>d</sup> I. socius ff. pro-  
socio. <sup>d</sup> exigimus in eo qui rem & operam confert, quia ars in  
altero non requiritur cum rem pro parte præstet. <sup>d</sup> Et  
hoc æquitas naturalis dictat: & sic uerba finalia. §. in-

telliguntur. Itaque ut semel finiam elegantissime hæc  
clausula stat: Prætiū enim opera artis est uelamentum,  
quasi diceret iudicium & argumentum, quare teneatur  
qui pascenda pecora suscepit, aut agrum colendum est,  
quia uelamine artis & pmissione adductus est dominus,  
ut ei fructus concederet, & curam. Est autem artis pro-  
missio iudicium, quia præcium suscepit quod solent arti-  
fices nomine opera & industria. Et sic est planus noster  
§. A cuius uoluntate alij omnes recedunt. Itaque cum is  
qui operam, & artem pollicetur deficiat in præstatione  
opera, & arte uidetur tanquam extraneus in rebus a-  
lienis uersari, nihil etenim iam confert, prætiū tamen  
percipit: Quo fit ut exactissimam curam ut prorsus ex-  
traneus in rebus alienis præstare teneatur.

# In L. 2. ff. de colla. dot.

27



AVCJ ORIBVS verbis quā res tanta  
dici possit expediam uerum huius  
legis secunde intellectum, quem ne-  
mo usque ad hæc tempora attigit, cu-  
ius erroris non fortasse obscuritas iu-  
ris ausa fuit: sed prona imitatio curā-  
tum doctorū in sententiam aliorum  
non persensa ueritate. Et ne ab ignotis exordium su-  
mamus. Sciendum est, collationum tractatum in iure  
nostro adeo esse perplexum, & intricatum, f ut vix f Doct. in rubr;  
modum finētue negotij assequi ualeamus tum ob sui C. de collat,  
naturam cum ob iurium correctionem, quod clare in  
enodatione legis patebit iure. Itaque antiquo succeden-  
tes ex testamento, nihil eorum quæ habebant conferre  
fratribus rogabātur. & Quia ex quo testator eos ad hæ- g L. I. C. de coll;  
reditatem uocabat pro æquis portionibus nulla facta  
mentione aliarum rerum, tacite innuebat, h uelle res in h Doct. in dicta  
suo statu durare, atqui à uoluntate testatoris nunquam l. I. C. de colla.  
recedimus, i qui ergo ab intestato uocabantur con- i In authen. de  
ferre quidem omnia rogebantur K cum testator nihil nupiis. g. dispon-  
disponendo videatur illic æqualitatem inter se seruare: k L. filiæ dote.  
Aequalitas autem non esset si profectitia, & acquisita  
nō conferrent. l Est ergo expeditū quod filia, nō tene- C. de collat.  
atetur cōferre dotem quādo ex testamento succedit, id est,  
quoties à patre instituta est filia unā cū alijs fratribus ni- l L. I. g. totiens  
hil cōfert eorū quæ prius habuit quoquo titulo nisi pa- ff de colla. bo.  
ter in testamento aliud caverit, m quia, ut dictū est, uo-  
luntas testatoris p lege habetur, quæ futurā dat formam  
negotijs & his quæ habet in testamento tēpore mortis:  
non aut̄ his de qbus antea disposuit. Attamen hæc nostra  
lex 2. ff. de collatione dot. expresse contrarium tradit  
quia asserit institutam hæredem ad collationem nihil  
minus teneri, quæ lex tamen iuris est antiqui à Caio  
Dij Juriscon

a L. filiam C. de  
colla.

iurisconsultō condita. Perperam ergo loquutus est no-  
ster Imperator Philippus<sup>a</sup> dū institutam non conferre  
dotem explorati iuris esse uoluit. Has pugnas placare cu-  
pientes Doctores nostri unam atque alteram interponūt  
pacis conuentionem, figere tamen pedem non audent,  
quarum prima est, ut in l. 2. ff. de collat. dot. filia esset  
emancipata in constitutionibus autem Imperatoris Phi-  
lippi filia instituta in potestate sit. Vnde mirum non est  
si cōferre teneatur. Sed ut & ipsi ingenue fatētur solutio  
hæc erronea iurique contraria est. Nam si ij qui & iure  
ciuili, ut quia in una potestate patris sunt, b Item & iure  
prætorio, quia fratres & consanguinei germani. Item &  
iudicio testatoris, quia instituti & scripti hæredes cogan-  
tur conferre, cur qui paucioribus vinculis colligantur  
non conferent? Videlicet emancipati, qui contra iuris ci-  
uilis dispositionē uocantur. c Et certe ab Imperatore Gor-  
diano cautum est emancipatā suis dotem conferre oportere. d Ad secundam itaque solutionem transnolant ut  
in l. 2. ff. de collat. dot. filia cōtratabulauerit patris testa-  
mentum ob præteritionem fratri. Nam, ut omnibus no-  
tum est, pater testādo quos habet in potestate e aut ex-  
hæredet nominatim aut instituat necesse est quod si non  
fecerit bonorum possessione petita contra tabulas f &  
consequenter irrito facto testamento ab intestato succe-  
dendum erit. Quod si ab intestato, ergo dotem conferre  
cogetur g Hanc solutionem cōmuni applausu recipiūt:  
Sed utinam mihi satisfaciant & Fulgosio quæ hanc diui-  
natiuam uocat, quod satis patet cum l. 2. ne ueibū qui-  
dem de possessione honorum contra tabulas aut exha-  
redatione fratri faciat. Mihi autē & iterum respondeāt  
an quis sit adeo supinus, furiosum stupidūque excipio, ut  
sibi damnum certa scientia querat: h faceret autem hic  
filia instituta à patre legitimo de & naturali si ob fratri  
præteritionem bonorum possessionē contra tabulas pe-

b L. 1. ff. de colla.  
bo.

c L. ea domum  
C. de collatio.

d L. filie dotem,  
C. de colla.

e L. 1. ff. de lib. &  
post.

f L. 1. ff. de bono  
et poss. cōt. tabu.

g Dicta L. filie do-  
tem & de colla.

h L. cum deinde  
bif. de probat.

IN L. 2. ff. DE COLLA. DOTIS. 29.

teret, cum eo casu dotem conferat, & non petita, siveque ex testamento succedens non conferret. Sed forte dicet aliquis non ex sua persona, sed fratri possessionem peteret: quo casu non conferret, quasi non impugnet nomine proprio: sed alieno & alteri commodum ex uictoria pariat. Sed his non obstantibus sufficit uel ab uno impugnari, ut intestatum patrem familias dicamus, aliud est enim in querela inofficiosi, aliud in præteritione petitia honorum possessione contra tabulas. <sup>k</sup> Iason tamen toto conatu fulcire hanc opinionem nititur, dum ait ne cesset ut filia alio iure, quam institutionis veniat, ut cogatur conferre: quæ sententia uera est, sed nihil ad l. nostram: quod explanabo dum quod sentio dicam. Tertia est eorum solutio, ut filia sit instituta ab extraneo & patri naturali ab intestato succedat. Hæc in se quidem uera est sed dubium non eximit huius legis. Extraneus enim non dicitur quem in potestate habet pater adoptiuus <sup>l</sup> hac in l. in potestate habebat. Itaque quod usum est mihi aliquando publicè prelegendò & quum rationi & arti legali consonum explanabo, ut l. 2. nullo modo pugnet cū constitutionibus Imperatorum. Hic est ergo uetus legis sensus ut uerum quidem sit institutam esse filiam in hac l. 2. Non tamen à patre legitimo & naturali, sed à solo adoptiuo. Pater etenim naturalis nullo condito testame to decesserat, unde legitime cum fratribus succedere desiderabat: illi tamen repugnabant quasi esset in aliena familia hæresque ab ipso patre adoptiuo instituta sicque contenta esse debuit quasi iam instituta. Cui cunctationi respondet iurisconsultus his verbis et si soror nostra sit adoptiu & à patre adoptiuo instituta ea nihilominus admittere debet, sicuti si esset simpliciter emancipata, non officit enim adoptio eo casu dummodo conferat dotem & quesita, ut solent emancipati. hunc sensum probant uerba legis nostræ dum hoc dilemmate utitur, aut enim

<sup>i</sup> L. filius ff. de inoff testa.

<sup>k</sup> L. penul. & an  
tepenul. ff. de in  
iusto rupto & to  
rito facto testam.

<sup>l</sup> L. 1. ff. de adop.

## ANIMADVERSIONES

adhuc uiuit pater adoptiuus & ille dotem & quesita à filia cōfert fratribus, ut succedat cū filijs soror, aut præmortuuus est & filia confert dotem & quesita fratribus ut succedat in hæreditate patris naturalis sicuti simpliciter emācipata. Ergo dum ait textus hæres instituta subaudi à patre ad optiuo quòd satis appetet, quia assignat contrarium in uerbis finalibus dum ait quod si uiuat pater adoptiuus Ergo in primo membro erat mortuus & adoptiuam filiam instituerat. uerba enim illa quod si uiuat diuersitatem denotant, ratio autem dubitandi ad hanc legem secundam, hæc est. Cum ars imitari naturā debeat

a. §. minorē in-  
st. de adop.

b. - L. nec & §. fi.  
de adoptionibus.

c. L. filium & de  
his qui sunt sui  
vel ali iur.

d. Cī in adopti-  
mus C. de adopt,

a & adoptio sit quædā natura adumbratio à iure civili introducta indeficientis b sobolis consolationē. Natura autem non patiatur, ut duo sint patres uiuus sicuti neçg due matres c quæstionis erat, an instituta à patre adopti uo ab intestato succedere patri legitimo possit. Et Imperator Iustinianus huiuscæ quæstionis in suis constitutio- nibus Codicis meminit d An scilicet in potestate patris adoptiuī Soror & quidam instituta an ad alterius legitimi & naturalis patris hæreditatē uocari possit & secun- dum supra enumerata ne duoru simul filia videatur, im- possibile quodammodo iudicandum est , respōdet tamē euocandam esse sicuti simpliciter emācipata admittitur. Ita ut fuisse in familia aliena, id est adoptione. Itēç esse institutā nihil noceat, sic etenim sonant uerba legis no- stræ hoc modo sicut emācipata. Quibus solutio tacita obiectionis demonstratur fratres quandoquidem nō ne- garent simpliciter emācipatam uocari ad hæreditatem patris naturalis ab intestato. Ergo neque adoptiuam cūç à patre adoptiuo institutam, & hæc est ueritas huiuscæ

e. Authen. ex te nostræ legis secunde, quæ licet patrum hodie in usu sit testamento C. de cum iure nouo, & ex testamento & ab intestato suc- collationibus.

f. L. i. §. & cum tripli C. de cad. tollen. tiquitatis ignoretur, qua ut inquit Imperator f nouis le- gibus adhibetur intellectus. Non me penituit & legendo discutere & scriptis mandare,

In l. si pater C. de sen-  
tentiam passis & restitutis.



Omani pro certo aut longè humaniores antiquitus fuerunt, aut prudentiores his nostri tēporis hominibus qui uel charitate moti supplicio extremo nisi raro non demandabant delinquētes uel quia id magis reipublicā expeditre uidebant, dū conservato corpore inseruire cōmodo reipublicā cogebāt. At uero hodie ex ceptis paucis quos, uel gratia uel pecunia excusat statim capita truncantur, quod minus sapit christianā charitatē g Relinquo tamē hoc pertinacibus. Pēna h itaq; anti- quorū in multiplici differentia, erat aut enim deporta- batur, aut in metallū damnabātur, aut bestijs subijciebā- tur, aut aqua & igni interdicebantur, & ex his penis ali- quando maxima<sup>l</sup> capitī diminutionē afficiebantur, ut i g maxima in- quia peius serui atrocitate sententiae afficiebantur, ut pu- fit de capitī di- minutiou. ta in metallū damnati, uel qui bestijs subijciebantur, ali- quādo minorē k diminutionē capitī subibāt & si licet ciuitatē nō retinerēt, libertatē tamē possidebāt, ut sunt qui deportantur, aut aqua & igni interdicuntur. Illi itaq; sunt primi generis siue secundi patriam potestatem amit tebantur, l quā in filios habebāt de his qui serui effici- l g cum autem ebantur dubium non est. Cū sit impossibile enim habere in fit. quibus mo- alios in potestate qui ipse possidetur. m De his autē qui ius pat. post. sol. media capitī diminutionē afficiuntur forte dubitationē m L. si euueniet adferret cū tamen exploratū sit nō retinere in potestate adult. & si enim patria potestas iuris civilis Romani n que cū n g i. institu. de media diminutionē perdatur effectus non producet. pat. potestate. Damnatus ergo in metallum, aut in insulam deporta- o L. penul. ff. de tus omnia iura Romana perdet. o Quid si restitutus ne. capitis diminutio

D iiiij indulgētia

indulgentia principis fuerit omnia ne desperita consequetur & potissimum patriam potestatem, & hoc loco diuersae quidem sunt authorum sectæ, ut alij dicant

a L. si pater C. de sententiâ passis non posse nisi hoc specialiter à principe indulatum sit, a alij contra si modo generaliter princeps restituierit.

b L. in metalium C. de sent. passis, Et forte non sine ratione in diuersas trahuntur opiniones cū sint leges maximè pugnantes, erit itaq; hæc propositio. Si pater ex indulgentia principis restitutus sit per omnia pristinum statum recipiet quam sententiam Imperator Constantinus comprobat. Nam cui bona & dignitas restituta sunt est, c & patria potestas. sed

huic sententia refragatur l. nostra si pater C. de sententiâ passis & restitutis, ubi si pater in insulam deportatus fuerit licet generali indulgentia sit restitutus, & non ut liberos in potestatem reciperet specialiter impetravit non habebit eos in potestate. hanc iuris antinomiam do-

d Bart. & alii in l. & in metallū sup. al. & legata. &ores nostri d cum euadere non possent cōmento hoc iura interpretari conantur, ut sit differentia inter indulgentiam & restitutionem. Ita ut restitutio sit quid gene-

ralius in eaq; patria potestas sine expressa mentione cōtineatur. Secus autem in indulgentia quæ latè non patet in eaq; non ueniat patria potestas, nisi exprimatur & sic inquiunt loquitur l. nostra si pater. Sed has nugas non possum admirtere, mirorq; cur uoluntatem Imperatorū nō intueātur qui nullam oīno inducūt differentiā inter hæc indulgentiam & restitutionem, quod uel ex eo clariſsimè patet. Nam titulus inscribitur de sententiâ passis & restitutis, & tamen singulis fere legibus indulgentiam restitutionem uocat, & promiscue utitur, quod nō admitteremus esse differentiam tamen in l. si pater non habe-

e Distal. si pater ret locū uel ex opinione Bartoli, e qui uult ut quoties generalis est indulgentia, idem contineat quod restitutio, atqui textus in l. si pater dicit generalem fuisse indulgentiam. Sed nec hoc satis, quia idem Bartholus ait,

ubi indulgentia & restitutio concurrunt omnia uenire intelliguntur. Sed nonne in l. si pater, & indulgentia & restitutio concurrunt, cum dicat textus generali indulgentia restitutus, nō video f: quid uerbum restitutus significet aliud à restituīōe ad oīa bona & honores. Dicimus ergo, quid l. si pater contineat: & mea quidem sententia non negat patriam potestatem indulgentia conce di, immo confirmat si argumentum à cōtrario sensu ad mittamus. g Quare enim in illa l. desiderat specialiter impetrati, ut liberos in potestatem reciperet? An quia non esset generali indulgentia patria potestas concessa? & certe non, sed quia quesita medio tempore à filio, dū pater deportatus erat per restitutionem patri non poterant acquiri, ratio est: quia cum deportatione filius fuisset factus sui iuris, h: acquisita per eum sine suo facto & uoluntate desperdi non debent: sicuti, neq; semel liberatus fideiussor in pristinam obligationem reponitur. K possidebit ergo filius tanquam bona propria sicuti facit aduentitia, neq; retro fingetur patri acquisisse l. si pater, itaq; intelligetur de acquisitis per filium durante deportatione, qua ipse filio acquirātur non patri, licet in potestate patris recidat filius, nisi forte hoc specialiter pater impetrasset. Nec enim beneficium principis in alterius lēsionem dati intelligimus, l nisi ut dicunt, proprio motu fiat. Ergo simpliciter restituto patre filius nō priuabitur his qua uel prospera fortuna, m uel labore obuenerunt, & est hic uerus sensus legis si pater, & si mihi fidem habere non uis audi<sup>n</sup> Imperatorem Constantīnum loquentem, in patris est potestate filius quoties deportato patri & dignitas & bona restituta sunt. Ita tamen inquit, ut gesta per filium cuius cōfiliū legitima etas confirmauerat, rata sunt eodem in potestatem patriam redētūe ne eorum rescisio efficiat (quod est maxime absurdum) eodem tempore, nec in patris, nec in sua fuisse potestate, ex quo responso lopietur, alia quæstio

f Azo. in rubri-  
ca C. hoc tit.

g L. ff. de offi-  
cio eius cui mād-  
est iuris,

h Scum autem  
inst. quib. mod.  
ius patri pot. sol.  
i L. ff. de pæct.  
k L. nouatione  
C. de fideiussori-  
bus.

l L. 2. C. de pre-  
cibus imp. offerē.  
m Igitur instit.  
per quas personas  
nobis acquiritur  
n Lin quæstio  
neq; C. de sentē.  
palsis.

E Vlpiani

## ANIMADVERSIONES

Vlpiani dum patri ab hostibus reuerso omnia à filio acquisita medio tēpore concedi uult, <sup>a</sup> Sed hoc in fictione postliminij, qua nunquā filium sui iuris dicimus cum perpetuo in pendentib<sup>b</sup> ius fuerit, at in deportato erat ius solutum, & ne quicquam intactum relinquam, quærunt an idem sit si filius deportetur, quod admittimus, ut eo scilicet restituto in patriam potestatem reuertatur. <sup>c</sup> Nec obstat Gordiani respōsum, <sup>d</sup> quia erat restitutus ad patrium solum & ad dignitatem, sic ad quedam non ad omnia neq<sup>e</sup> generali indulgentia ideo nec micum si non reuertatur in patriam potestatem.

a L. si quis filio  
g. sed et si pater ff.  
de iniusto rupto  
irrito ve facto te-  
sta.

b si ab hostibus  
inst. quib. mod.  
ius pat. potest. sol  
uitum.

c g. sed si ex in-  
dulgentia inst. q.  
bus modis ius pa.  
potest sol.

d L. in insulam  
C. de sent. passis.

# In l si quis eums. si suo testamento ff. de vulg. & pup.



A B O R quem hic impendemus eō potissimum uergit, ut lucernam iuris Bartolum à procellis & impetu aliorū tueamur, adiecta tamen noua interpretatione ad hūc §. Si suo, cui Bart. nō satis per omnia facit, quō sit ut aduersus eum aliij omnes insurgāt,

licet parum acutē mea quidem sententia cum à partibus suis habeat acerrimos testes. lul. <sup>e</sup> Sc̄uo. <sup>f</sup> Papi. <sup>g</sup> Paul.

<sup>h</sup> Quorum responsa adeo clara apertaq<sup>i</sup> sunt, ut in du-

biū nisi cauillatione adduci non possint. Ait itaq<sup>j</sup> §. nr.

Pater potest sibi prius testamētū facere, quinimo debet antequā pupillares tabulas cōstruat, <sup>k</sup> i quā et si unum

testamentū dicātur cum paterno elogio, sicq<sup>l</sup> uno con-

textu fieri debeat, tamē diuersis horis fieri m possunt adhibita legitima solennitate. Et quod uulgo dici solet

patri & filij unum esse testamentū: intelligitur quoad

quedem non per omnia<sup>n</sup> Nihil ergouetat diuersis ho-

ris fieri, & licet duo testamenta habeantur patris & filij

ff. de vulg.

hōc loco, qui adiuersis horis fieri possunt: tamen testamentum filij non infringit parris testamentum, quasi non uissimo loco factum, non solet enim rumpi principale accessorio, <sup>o</sup> maximē hoc loco ubi omnem uim & existentiam habet à patris testamento. Alias enim dū annul laret patris testamentū, se suo gladio iugularet, interimeretq. Quod ars nedum natura non admittit. Quod si pater aliud secundum testamentum sibi confecerit, corruerent & primum paternum & tabulae pupillares, ut qā sicuti in pactis, <sup>p</sup> & alijs contractibus nouissima, sic & in testamentis <sup>q</sup> derogant prioribus. Et maximē, quia in testamētis nemo sibi legē imponere pōt à qua recedere non liceat. <sup>r</sup> Ergo uoluntate patris fulciunt omnia, quæ si uarietur omnia intereunt. Sed quærit <sup>s</sup>. quid si patris nouissimum elogium sit conditum, ita ut uires non habeat: uerbi gratia, quia præteritus est filius, an infringeatur prior uoluntas, secundo patris elogio: effectu domini & uiribus caret secundum testamētum propter preteritionem. Ergo durabit primum. Sed quæstionis est in <sup>t</sup>. quomodo uiderur esse præterito, cum hæc conditio apposita sit, si filius meus me uiuo moriatur? nonne hæc conditio habet filij institutionem? Et certe Bar. constanter afferit: negant tamen alij omnes fulti authoritate huius tex. eūi cum respondere Bar. non posset, uoluit hanc dictionem si resoluendā in dictionē quamuis, quasi diceret Pōponius quamuis me uiuo moriatur filius ego te instituo, unde & si uiuat perpetuo, hic hæres erit præterito filio. Ergo conditio in affirmationem resoluitur. Sicq; uirtute conditionis non censebitur institutus, & ut facilius suaderet Bar. conditionem resoluerādam in affirmationem afferit uerba, si filius meus moriatur à lureconsul. non atestatore apposita. Quod si essent ascripta à testatore, & starēt proprie non esset, inquit Bartolus, præteritus filius, Quinimo esset recte

E ij institutus

<sup>o</sup> L. post s. q prī  
cipale ff. de his  
quib. vt indignis.

<sup>p</sup> L. pacta nouis  
sima C. de pactis.  
<sup>q</sup> L. si quis eum  
ff. de vulga.

<sup>r</sup> L. si q̄s in prin  
cipio ff. de lega.,

## ANIMADVERSIONES

institutus cum conditio hæc: Si filius meus viuus moriatur , contineat institutionem , vnde possimus regulam generaliter inferre: Ut quoties pater sub illa conditione testatur , Si filius me viuo moriatur , institutionem filij continere . Et hoc probatur per Iulianum <sup>a</sup> dicentem . Cum in testamento ita scribitur , si filius meus me viuo morietur , tunc nepos ex eo post mortem meam natus hæres esto: duo gradus hæredum sunt , nullo enim casu uterque ad hæreditatem admittitur : Ex quo apparet si nepoti titius substitutus fuerit , & filius patri hæres extiterit , nō posse titium una cum filio hæredem esse: quia non in primum gradum , sed in secundum constituitur . Ergo filius institutus , intelligitur quando sub morte ipsius nepos instituitur . Dum expressè Iulianus ait , non posse nepotem suas cum filio succedere , qui primum sub institutionis locum obtineat , nepos vero substitutionis .

**b** L. gallus. ff. de libe. & posthu.  
**c** L. si quis ita hæres. ff. de hæredi. instit.

Quod & Scauola <sup>b</sup> eleganter confirmat his verbis , Si legitimus <sup>c</sup> hæres nolit vendicare hæreditatem meam , puto deficere conditionem testamenti illo vendicante: Nec quis mihi dicat conditionem uoluntariam esse , cum idem sit quoties disponit eo casu , quo futurus sit filius non posse ullam uoluntatem habere , ut in illo exemplo . Si me uiuo filius moriatur , uiuente etenim patre nihil sibi uendicat filius: & eo mortuo , nihil etiā posset morte preuentus . Ait & præterea Paulus , <sup>d</sup> Si ita stipulatio à patrono facta sit , si decem dierum operas non dederis uiginti nummos dare spondes . Videndum est , an nec uiginti actio dāda sit quasi onerande libertatis gratia promissi sint , nec operarum quæ promisse non sint , ut quia singebant esse promissas . Cum soli nummi promissi es- sent , quod esse nō debet ne libertas oneretur , <sup>e</sup> an vero operæ dumtaxat promissa singi debeant : & quasi in locum eorū nummi subrogati sint , uidelicet , ut patronus omnino non excludatur . Cui cūctationi respondet Paulus his uerbis . Et hic quoque Prætor sentit operas pro- missas

**d** L. si ita. ff. de operis libertoriis.

**e** L. qui onerā- de. ff. de operis li- bert.

missas duntaxat. Vnde appetet conditionem pro pura dispositione haberi, & sic recte Bart. induxit textum, licet Iason dicat se non uidere quorsum tendat Bart. allegatio, licet recte stet ut iam retuli: quo sit ut Iason uir magnæ memoriarum, acuminis satis lenti respondeat supra allegatis ex opinione Aretini, & aliorum. In primisq; ad Iuliani dictum f q; satisfacit: Ut cōditio apposita in persona filij non contineat institutionē, quia ut inquit text. desiderat, ut filius in parte semper instituatur. Etiam in casu conditionis apposita: Et hoc ex opinione Scæuolaꝝ g qui uult ut filius qui in potestate sit ex parte aliqua hæres instituatur. Sinistre tamen interpretatur aduersusq; Scæuolaꝝ responsum. Quis enim dubitat nepotem, uel pronepotem institui nō posse, præterito in potestate filio: Primum enim suitatis obtinet locum. Sed quid obstat regulæ nostræ, dum qui sub tali conditione instituitur, nō modo in parte, sed in toto esse, institutus dicitur: & ita Iuliani opinio afferit. Præterea, & dicto Scæuolaꝝ h cumulate satisficeri credit: Si dixerimus hoc ex expressa uolūtate testatoris succedere: Sed decet mentionem esse memorem. Si enim hæc conditio, si filius aut legitimus hæres, quod idem est, non uelit vindicare hæreditatem, habet expressam testatoris uoluntatem. ita ut uocetur ex voluntate testatoris, siue ex testamento, siue ab intestato, cur & hæc cum similis sit, non continentib; si me uiuo filius moriatur, ut si non moriatur sit hæres ex mera testatoris uoluntate. Et præterea ad Pauli iureconsulti rationem, quam Bart. induxit hoc modo respondet Ias. ut si per rationem Pauli dicamus conditionem appositam disponere generaliter, intelligere debebimus, ut non modo in suo, sed in omnibus extraneis militet, & apposita conditio disponat, sicq; & extraneus sub conditione institutus, hæres censeatur. Puta, Si Titius doctor fiat, te lucium hæredem instituo, nam si Titius dignitatem doctoratus acceperit, erit ille

f L. si pater. ff. de vulg.

g L. gallus ff. in omnibus ff. de liber. &amp; posth.

h L. si quis ita ff. de hæred. infit.

i L. cum in se-  
cundo ff. de iniu-  
sto rupto & 10.  
fact. testa.

## ANIMADVERSIONES

Titius hæres antequā Titius posset admitti, cōditio enim in persona eius, cui apponitur disponit ex lopi. Paul. & Bart. Sed illud plusquam absurdum, in iure nostro habetur secundum Vlpiani <sup>a</sup> decisionem. Nonne multum interest, an pater puideat, in casum calamitatis filij an uero eum sub conditioue impossibili instituat? quæ ex facto alieno dependeat. Ita enim Papinianus <sup>b</sup> noster permittit. Quāvis tamen Iason quasi in suam possessionem uenerit à nemine. s. intelligi dicit, quod falsum est; & ut illi satisfaciamus, conditio apposita in persona extranei non disponit si cuti apposita in suo filio, non magis, quam in re mortua respectu filij, ut in hoc exemplo. Si nauis ex Asia uenerit te Lucium hæredem instituo. Quis enim dicet, si non uenerit nauem esse institutam, Conditiones enim tales extra institutā personam sunt. <sup>c</sup> Hæc autem, si filius meus me uiuo moriatur, abominationis <sup>d</sup> patris & luctus causa apponitur, ut ei puideat in eum casum quem minime desiderat. Præterea nonne dum pater sub ea conditione, si mortuus fuerit filius habemus ex certa sciētia quid sequamur? At quando in extranei cōditione sumus, nihil habemus, quod sequamur, cum non instituendi gratia apponatur, sed instituti, ut designet acceptandi hæreditatem tempus. Remanet ergo uera Bartoli regula, nisi ad extremum obstet hic noster s. ubi si conditio apposita in persona filij habetur pro institutione, falso diceret in finalibus uerbis testamentum secundum nullum esse, quia filius est præteritus, cum qui institutus, aut ex hæredatus sit, non dicitur præteritus. <sup>e</sup> Sed hic si conditio institutionem habeat, non est præteritus: ergo Bart. opinio falsa. Huic contrario cum non posset Bart. satisfacere coactus est diuinare, imo literam corrumpere, dum uult conditionem in affirmationem resolui. Præterea, ut & uerba à lureconsulto non à testatore ascripta sint: cuius opinionem non admitto, neç hic text, mihi in ullo obstat.

<sup>a</sup> L. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa testa.

<sup>b</sup> L. filius q. fuit & l. ff. de condit. institutionū.

<sup>c</sup> L. si quis ita. ff. de condi. institu.

<sup>d</sup> L. gallus aquilius, in princ. ff. de liber. & posthu.

<sup>e</sup> L. & 2. delib. & posth. ff.

videtur. Itaque admitto stare in uim conditionis, ab ipsoqz testatore ascriptam cōditionem, sed ex eo nō sequitur filium per hanc conditionem esse institutum. Hoc casu, & est uera fallentia ad regulam Bart. quæ uera est. Quare autem conditio hoc loeo non inferat institutionem est ratio. Nam quoties ita pater sub conditione cōcepta in persona filij, si quid scilicet humanitus ei cōtigerit alium instituit. i. substituit, ita accipimus, si pater expresse filium non instituisset ante, ut hic in nostro text. Quin ita sit patet, uidelicet ut hæc conditio institutionem habere non posset. Quid enim agit pater in suo secundo testamento? an ut instituat filium? non certe, quia iam erat institutus, an ut exhæredet? non equidem, quia nominatim nihil dicit: ergo præteriit. Alia & secunda ratio est, quia pater hic uolebat secundum testamentū ualere post mortem filij non ante: sed filius post mortē frustra institueretur: f ergo nō est mirum si hæc conditio non importet institutionem. Tertia ratio est, quia hæc cōditio quoad institutionē nō potest aliquid operari expressum enim plus potest quam tacitum, g & ubi est expressum tacitum nihil potest operari. Vnde in nostro textu conditio tacitam institutionem facere non potuit, cum iam expressa præcessisset in alio testamēto, primo quod ualere uolebat dum secūdum condebat excepto casu illo, si filius uiuo eo decederet, sic duo testamēta esse uolebat: Vnum ex se perfectum, aliud ex euenu mortalitatis, quæ res in iure nō admittitur, h ut quis duobus testamentis conditīs decedat. Itaque hic conditionem apposuit testator, non quod intenderet filium hæredē facere, in secundo quem iam fecerat, sed ut ostenderet secūdum ualere, si filius moreretur. Sic ergo in secundo testamento recte filius præteritus dicitur, cum ut prædicti, non instituatur, quasi diceret, Volo hoc secundum ualere, si primum à me confessum uim non habeat, ut quia filius morietur, me uiuo: & hæc

f L. si. ff. ff. de  
hæred. instit.  
g L. si debitor f.  
i. ff. quib. mo. pig.  
fol.

h o L. Ius nostra  
ff. de regul. iur.

## ANIMADVERSIONES

cōditio nō plus hoc loci importat, quām si aliā penitus extraneam adiecisset, puta. Si Nauis ex Asia uenerit, nec tu mihi dicas hanc secundam institutionem vim habere vulgaris substitutionis: quia non potest cum sint diuersa testamenta, ut satis apparet ex textu dum & primum & secundum distinguit. Regula Itaq; Bart. uera perdurat, ut conditio cōcepta in casum mortis filij institutionem contineat, non obstante hoc textu qui dispositionem in secundo testamento facere non potuit tacite cū expressa iam precessisset. Conditio enim non expressam, sed tacitam facit.

## Ad L. in illa stipulatione iuncta l. Hoc iure ff. de verb. obligationibus.

a. L. cedere diem  
ff. de verb. signif.

b. L. ratum ff. de  
solutio.



VLTVM interest & quomodo cōcipiatur obligatio, an pure, an in diē, an sub conditione? Etenim quoties pure facta est obligatio exactio debiti non temoratur, nisi forte dicamus,

et p̄t̄s, b. id est, cum quodam spacio temporis exigi deberi, ne & natiuitas ipsius obligationis & finis uno momento fieri ui-  
e L. obligationi deatur. Ergo ex communi opinione decē dies ei in-  
fere ff. de actis po-  
d. L. quod dici-  
mus ff. de soluti.  
e. Dicitur. cedere  
diē ff. de verb. ob-  
f. L. si pupillus f.  
qui sub conditio-  
ne ff. de nouatio.  
ff. de uerb. obligat

dulgentur, non uenit enim cum sacco paratus. Quod si in diem sit præsens quidem est obligatio, e. sed est lo-  
lutio dilata, unde licet dies cesserit, nondum tamen ue-  
nit. Si uero sub conditione, neq; cessit, neq; uenit dies,  
quoniam neq; actio nata est f. pendēte adhuc conditio-  
ne, licet præsens sit obligatio. Itaq; l. in illa stipulatione  
difficilis est quidem & haec tenus non  
satis intellecta, dum solemus dicere adueniente conditio-  
ne diem & cessisse & uenisse & præsentem esse actionem  
ut

ut hoc iure s. de verborum obligationibus, quod in l. in illa non admittitur, ubi quamvis conditio aduenerit tamen peti adhuc non potest. Motus hac difficultate. Accur. quinq; adfert solutiones. Quarum prima est, ut in l. hoc iure textus quidem dicat non posse fieri petitionē rei promisso antequam certum sit conditionem impletā esse, aut non posse impleri. Non negat tamē quin statim peti possit, & ita inquit B. soluit, sed utinam animaduer- sat quid locutio & meminerit, ut dum conciliare vult pugnantes leges inducat. Nam in l. in illa ait iurisconsul tus Paulus non posse peti, etiam si conditio uenerit. Hic B. dicit statim peti posse ergo hallucinatur. Hoc equidē satis uaticinabatur Accursius propterea & secundam ad- fert solutionem recurrunt; ad miserorū refugiū, uidelicet ut de rigore peti possit ante diem, & sic l. hoc iure intel- ligitur. Verum de equitate: obstat exceptio: sed ego mi- tor cur equitatis meminerit cum expresse textus hoc sta- tuat de rigore iuris stricti, in l. in illa supra eodem. Est ergo & tertia secundum Ioannē quam appobant nostri Doctores uidelicet, ut in l. in illa supra eodem obligatio sit in diem hoc modo inducendo, quia etsi non repetat ut solutio sit calendis intelligitur tamē facta repetitio diei, & ratio est inquit, quia ex facto promittentis depē- det, scilicet tradere stichum. At in l. hoc iure factum non dependebat ex promittentis voluntate, sed ex euentu & arbitrio tertij. Ideoq; non uidetur facta repetitio diei. Ioānes quidem non nisi summis labris ueritatem degu- stauit, & dum distinguit interfactum promittentis & ex- tranei labitur, neq; in eo ulla differentia inducenda est, ut diem aut conditionem celsisse aut uenisse dicamus. Ideoque & dubitans de ueritate. Accursius aliam subne- dit solutionem, ut in l. in illa die concepta sit obligatio hoc modo (In Calendis promittis) at in l. hoc iure dictū sit, (ante Calendas) Sed hæc solutio improbat per res- ponsum

a L. qui ante calendas ff. de verb. oblig.

## ANIMA DIVISIONES

ponsum Vlpiani<sup>a</sup> infra nostro tit. Sunt & tres aliae, ut patet in glosa, sed communis calculo diuinatuas afferunt nostri Doctores: Quocirca iā restat, ut quod nobis occurrit proferamus & ueritatē circunducto digito cōmōstremus. Et credo sat is aperte Paulū loqui in l. in illa, dū cōmōstrat obligationē nō esse in diē cōceptā solum, aut sub conditione solū, sed permixtā diei conditionē. Ergo quotiens sit cōbinatio diei & cōditiōis nō possimus eue niēte cōditiōe, uel ex certo nō futura adhuc agere, quia ut inquit Paulus, tota obligatio & in diē & in cōditionē collata est. Vnde utrumq; membrum ad effectum actionis, ut uerum requiritur, & quamuis conditio, aut euenit aut certo non sit futura ex illius conditionis existētia, cessit quidem dies, sed nondum uenit. Et ideo dicit textus, & licet ante conditionem, id est, à cōditione cōmitti obligatio uideatur, id est, certa sit obligatio, tamen dies supereft, & sic exactio retardatur donec dies uenerit. Neque ego euro an conditio concepta sit in persona promittentis, uel in facto tertij, cum Paulus consideret solum diei existentiam, non in cuius persona concepta sit cōditio. At in l. hoc iure nulla dies solutioni præfixa erat, imo obligatio concepta sub simplici cōditione, qua adueniente, & cessit & uenit dies: quocirca tanquā præsens obligatio exigi debitum potest, promittit enim decem sub illa conditione si Lucius ante Calendas in Italiā non uenerit, qua conditione existente, quia exploratum est eum nō posse uenire, aut quia mortuus est, aut

b Doctores. in § i. inst. de iniuit. stip.

morti proximus, aut nō patitur temporis inter capedo, b agi statim potest quasi obligatio commissa sit, ut re uera est cum dies nullus sit appositus in obligatione, licet sit appositus ad implementum conditionis. Sed hoc nihil substantiam future solutionis concernit dum constat de ueritate conditionis. Est hic & aliis error inueteratus peior priore, quem Zazius pede fixo firmat,

ut

ut in l. si quis hæres ita scriptus ff. de acquirenda uel amit. hæred. speciale sit sicuti sit sàpe in ultimus uoluntatibus, ut possit ante diem præfixum substitutus succedere. Et ratio est ne pro parte quis testatus c. Lius nostrum  
decedat & pro parte intestatus. c. Erat autem species ff. de regulis juris.  
uoluntatis huiuscmodi. Testator instituit titium, ut ante tres Menses adiret hæreditatem, & si iura illos Menses non adierit ei substituebat Caium mortuus est ante primum Mensem, titius institutus querebatur, an substitutus cogeretur adire hæreditatem deberetne expectare lapsum trium Mensium, an posset mortuo titulo instituto statim adire hæreditatem, respondet tex-  
tus ultimum diem non debere expectare, ergo poterit statim mortuo hærede adire. Et tamen dies erat hic appositus qui non expectatur. Ergo l. in illa ma-  
le loquitur, aut l. si quis hæres. Mirum est quomo-  
do non cogitauerit conciliari leges & conuenire si-  
mul. Nam l. si quis hæres conuenit quamoptime cum l. hoc iure, ut quoties conditio inseritur a&ui quæ adimpleri promittatur intra certum diem, & certum sit non posse adimpleri conditio, iā cessit & uenit dies quia dies est, ut inseruiat conditioni, sed in hoc idem dicere non possumus quod in stipulatione quæ potest omnimodo concipi & ad diem & ex die & sub conditio-  
ne. At ultima uoluntates, neq; ex die d. neq; ad diem d. hæres & pu-  
institutiones habent: esset enim ars contraria naturæ re instit. de hære.  
c. quæ hæredem in nescireos desiderat annos, f. fit  
ergo, ut quotiens certum est conditionem non posse e. h. minorē insti.  
adimpleri diem non esse expectandam quæ non esse-  
tum a&us eiusque substantiam, sed implementum cō- de adoptio.  
ditionis respicit. Ergo cum certum est nunquam fu- f. L. liberorū ff.  
turam conditionem, ut quia mortuus est qui debet de verb. & rerum  
adimplere, statim adiri à substituto hæreditas potest ut signi.  
hæres ex die institutus videatur.

F ij Et

a L. circa, de in  
offi. testa.

b g. plus. insti. de  
actio.

Et non est ratio ut uoluit Zazius, quia et si ab initio quis pro parte testari, & pro parte non testari minime possit: tamen ex post facto <sup>a</sup> hoc contingere potest, scilicet post mortem eius: in stipulationibus autem quoties est dies & conditio, dies adiecta non censemur ut conditioni inseruiat, ut in l. hoc iure: sed dies effectui obligatiois & actionis destinata actionem retardat, donec aduenierit dies. Et in exemplo testatoris sciendum est, non sicut in obligatione interesse cuiusquam, ante cito adeatur hereditas quinimo hoc legatariis nocivum esset, libertatibusque. At in stipulatioib[us] interest debitoris <sup>b</sup> non soluere ante diē solutioi destinata, ne plus soluere cogatur quod debeat.

## Ad L. Martius . ff.

### Locati.



NTER ceteras iuris antinomias, quas Budæus refert ( oculato tamen nullæ sunt ) hæc unam dicit esse labileni opinionem aduersus Pomponij respōsum in l. & ideo. ff. de uerb. obli. quam nullo iudicio, aut subtilitate disoluī afferit, tanta, inquit est pugna: Sed absit uerbo inuidia. Tantum abest antinomiam esse quin consonantiam iuris asseramus. Sed ille forte communī errore inductus, ut qui pluribus & arduis reuocaretur negotijs parum animaduertit pugnare ne an magis conuenirent: Videbat enim nostros doctores, tot & diversas solutiones adscribere, ut antynomia merito dijudicauerit. Est aut ut illis uidetur in eo posita hæc contrarietas, quia in l. martios. ff. locati rei interitus spectat ad locatorē operarū, sic ad dominū domus ædificare ædificandæ ue, non ad conductorem domus faciende certo pratio. At in l. & ideo. ff. de uerb. obli. periculū est ipsius promissoris

promissoris, qui tenebatur facere domum, nō ipsius sli-  
 pulatoris. Ergo inquiunt est ex diametro pugnātia. Quā  
 citius quā diluas ex manu Herculis elavam extorqueres  
 Quocirca adscribuntur hic quinq; aut plures solutiones  
 quarum & si necesse sit, aut unam esse ueram alijs falsis,  
 aut omnes adulterinas sicq; parum esset immorandum,  
 ut quia de lana Caprina, id est, falsa opinione disputatio  
 non esset facienda. Tamen ne videar mili iudicio quam breuissime reprobabo.  
 Zazius putat alijs omnibus confutatis hanc esse uerā,  
 ut in l. Martius ff. locati non totum opus faciendū sus-  
 cepisset, sed operas diurnas promisisset solum, at in l. &  
 ideo totum opus ædificandum suscepérat ideoq; cū nō  
 nisi ex consummatione & formam capiat non est mitum & L. si is q. queda  
 si dicat teneri, & ut inquit Zazius hoc satis colligitur,  
 vel ex inscriptione tituli. Ego cōtrarium afferro per uer-  
 bal l. Martius, ubi textus expresse dicit domum faciendā  
 conduxisse & sic integrum opus nō diurnas operas. do-  
 mus enim non dicitur perfecta quandiu superest aliquid  
 ad consummationem. Bartolus aliam adfert solutio-  
 nem, ut in l. Martius sit uis maior cui resisti nullo mo-  
 do potest, ergo non est mitum si liberetur debitor. At  
 in l. & ideo non est casus cui resisti non potest: sed casus  
 culpa datus, ut incendium quod solet culpa inhabitan-  
 tum & accedere ergo non liberat. Quæ solutio. nul-  
 lius est momenti. Nam et si uerum sit Paulum Iuriscon-  
 fultum dicere plerunq; culpa inhabitantū incendia cō-  
 tingere non sequitur tamen non esse casum fortuitum f f I. incendium  
 maximē dū culpa non probatur. Atque, ut inquit Alphe  
 nus quid si non culpa promissoris sed alterius, an factum  
 tertiij Innocentij promissori nocebit, & pro certo in l. &  
 ideo apparet satis casum fortuitum inesse cum domo  
 non pfecta nemo adhuc inhabitaret sicq; non erat culpa  
 inhabitantium. Sunt duæ alia solutiones una Fulgosij,  
 E. iij alia

ff. ad l. falsid,

d L. si merces q.  
vis maior ff. localis

e L. ff. de offi-  
cio praefecti vigi-  
lum.

f I. incendium  
C. si certe peccatum

alia quorundam quas non recitabo satis abunde infirma  
tas per Iazonem assumam itaq; quintam quæ Iazonis est  
quām dicit esse ueram, ut in l. & ideo grauatus esset pro-  
missor sua impensa domum facere, & ideo tenebitur cō-  
summare sua impensa, hoc opus eique tempus indulge-  
bitur, at in l. Martinus non tenebatur sua impensa facere  
sed mercede locatoris, & ideo nulla est pugnantia. Hæc  
solutio diuinatiua est cum ne uerbum quidem prætij fa-  
ciat l. & ideo. Sed admittamus præse quādam habere ue-  
ritatis spetiem quid tandem continent cōciliationis nul-  
la est enim pugna. Nunc itaq; ex bono & equo uolunta-  
tes iurisconsultorum intueamur, quid enim aut de qua-  
re loquitur l. Martinus, nonne cuius sit periculum casus  
& ruynæ, quis dubitat l. & ideo an contrarium dicit, &  
ne uerbū quidem de periculo respectu liberationis. Sed  
loquitur de ampliatione temporis, ut scilicet, quando  
domus est combusta indulgeatur tempus ad reficiendā  
domum quod non negat l. Martinus. Imo in illo titulo  
labeo, <sup>a</sup> Idem decidit, ut arbitrio boni uiri definiatur  
tempus intra quod absolui possit. Sed dicet aliquis nec-  
dum satisfactum est, quia dum in l. & ideo promissori in-  
dulgetur tempus ad absoluendum ædificium nonne ap-  
paret suo sumptu, & sic periculo reficere, & respondeo  
nihil decidere legem, ut illa l. & ideo per hæc l. Martinus  
recipiat determinationem, ut is qui promisit ædificare  
propter expressum conuentionem de complendo opere  
teneatur iterum facere, quia non dicitur impleta stipu-  
latio quandiu aliquid ad consummationem rei desidera-  
tur. <sup>b</sup> Sed cuius sumptibus non decidit, & pro certo cū  
non sit uerissimile aliquem suū iactare <sup>c</sup> ego intelligo  
legem, & ideo ut adstringatur ad opus absoluendum, sed

<sup>a</sup> L. filius ff. 10-  
cali.

<sup>b</sup> L. rei appella-  
tio & opere legato  
ff. de verb. signifi-  
catione.

<sup>c</sup> L. cum de inde-  
bito ff. de posth.  
ex expensis stipulatoris integro ei tēpore dato siccq; intel-  
ligitur l. Martinus. Quod si suis sumptibus dicas promi-

<sup>d</sup> L. i. si conue-  
niat ff. de posth.  
fisse absoluere, quid querimus cum ex conuentione legē  
acceperit negotium, <sup>d</sup> unde tūc orietur maxima pugna.

an

An num casus fortuitus liberaret aliquem ab obligatio-  
ne, cui cunctationi ni fallor satisfieri rectissime potest.

Nam siue simus in damnatione testatoris, ut quia gra-  
uavit hæredem de theatro, e aut studio aut balneo aut

domo, illud est opus indiuiduum, quod non nisi ex ex-  
trema manu & consummatione perficitur. Ita quidem,

ut parte facta nihil actū esse videatur: quia in rebus indi-  
uiduis, ut sunt facta, f solutio partis minime esse potest,

& licet sua natura diuisionem recipient, tamen nisi to-  
ta dentur in nullo est liberatio sequuta, & diuisio cor-

rumpit stipulationem. g siue itaq; in stipulationibus simus, siue in legalibus partis præstatio nulla est, & ita lo-

quitur l. & ideo quæ uult liberationem non esse con-  
sequutam parte facta & perempta, quia facta parte in

nullo erat adimpta obligatio sive semper tenetur.  
Sed cuius sumptibus decidit l. Martius, scilicet do-

mini nisi aliud actum sit. Et ideo in l. Martius cum  
operas locauerit ad domum ædificandam non erit li-

beratus parte ædificata & diruta, ut non teneatur  
præstare operas, sumptus tamen erunt domini. idem

continetur in l. & ideo, sed quid si adiectum sit cer-  
tum tempus, excusabitur quidem à mora propter con-

tingentem casum: sicq; ei integrum duplicabitur. Ex  
his ergo aparet clarissime leges in nullo pugnare qui-

nimo maxime conuenire, ut unius determinatio sit sup-  
plementum intellectus alterius. promptum est enim re-

medium leges<sup>h</sup> legibus conciliari.

e Dicta l. si is g,  
quidam ff. ad leg.  
falcidiam.

f L. 4. ff. de ver.  
oblig.

g L. stipulatio-  
nes non diuidun-  
tur ff. de ver. obli.

h L. vnica de  
inoff. dotibus C.

F iiiij Ad L.

ANIMADVERSIONES  
Ad L. Quod si ephesi  
ff. de eo quod certo loco.



OCTORES nostri plerumq; nullo adhibito delectu solent in sententias aliorum ire, relicta Iurisconsulti mente, & sepe eliciunt ex legibus, id de quo nunquam est cogitatū à nomothetis atque quod uerius est cōtrariū uolūt plerisque locis: quod nullo alio

modo contingit quam dum plus authoritatis & fidei aut tribuunt uni aut alteri ex Doctoribus quam ueritati & Iurisconsulto, cuius rei extat hic exemplum in l. quod si ephesi ff. de eo quod certo loco. Ad cuius rei explorandam ueritatem sciēdum est, in actionibus stricti iuris ni-

hil à cōuētione a uenire: est enim nuda & simplex interpretatione quo sit ut id solum iure actionis ueniat, de quo palam & aperte actum est. Quādoq; tñ datur potestas b

Iudici ut suo officio seruienti arbitretur secundum natu-  
ram rei de qua actum est, & ex bono & equo statuendi,  
quæ res arbitrary c actio nuncupatur, non ut per hoc  
obligatio p̄cipialis extēdatur, sed d accidit huic actio-  
ni hoc seruiens officiū, ut ea quæ in equitate posita uidē-  
tur ratione alicuius accessionis quæ uel damnum actore

e L. 3. § nunc de uel res infert statuat: uersatur e autem aut in excessu aut

defectu aut uera quantitate obligationis tam ex parte

actoris, si sua intersit, quam ex parte rei si dānum ex ali-

f. Dicta l. 1. quæ circūstantia sentiat. Cum itaque Sc̄auola f diu la-  
g. L. 4. ff. de eo teq; disputasset & Caius g etiam de diminutione quan-  
quod certo loco. titatis uel augmento quæ in obligatione est deducta: Ita

ut & lucri cessantis & damni emergentis ratio habere-

h L q; si ephesi tur in persona eius qui solitus est lucrari. In eo loco tā-  
ff. de eo. dem Ulpianus h suplet ad supra enumerata & ait supra

discussum

discussum est quando loco non destinato solutio fieret, aut peteretur quomodo interesse ueniat, Quod si ephesi petatur ubi destinata erat solutio, & respondet, quod si ephesi petatur, quia est locus in obligatione cōprehensus conquiescit officium iudicis, quia non interest alterius partis, dum conuentioni paretur: ergo inquit ipsa sola summa petetur, & non erit misuenda, neque augenda. Nam solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio: i Soluitur autem quod promissum est, & ut promissum est, & ubi promissum est: ergo accessoria nulla est equitas, quæ desideret, aut diminutionem quantitatis, aut augmentum, sic sola summa petetur, nisi inquit quod esset stipulatus. Dat ergo exceptionem à sua regula, quæ ut mihi uidetur, non rectè à nostris doctoribus discussa est, etenim puto hic <sup>k</sup> Vlpianum supplere ad ea, quæ Scœnola <sup>l</sup> supra disputauit, quia cū tria pro- posuisset mēbra, scilicet ueram quantitatem obligationis augmentum & diminutionem, & solum de duobus propositum habuisset de augmento, scilicet & diminutione Vlpianus de tertio discerit, ut quando quātitas suo loco soluitur sola petatur: & sic conquiescit officium iudicis. Deducta ergo in obligationem, certa sunt, & soluta suo sola exiguntur. Quid ergo dicit, nisi esset quid stipulatus: nonne quando interuenit stipulatio, certa res est, m etenim conquiescit officiū iudicis, cum certum est quid sequi debeamus? ergo dum dicit hic glosa quod pœnam est stipulatus, nihil uidetur inferre, quia cum pœna certa sit, <sup>n</sup> Illud iam non ueniet officio iudicis, sed iure actionis, quia pœna certa obligatione concepta est, & noli dicere accessoria uenire officio iudicis, quia hoc uerum est, quando stipulatio non est interposita, ut satis Africanus <sup>o</sup> probat infra nostro titulo. Ergo ea qua in stipulationem deducuntur quin uenire debeant, nulla dubie- tas est: sed hoc loco intendit commonstrare, licet stipu- latio interposta sit, quando officium iudicis locum ha-

i §.i.instit quib.  
mod.oblig. sol.

<sup>k</sup> L. quod si e-  
phesi.  
<sup>l</sup> L., §.fi.

m I. triticum. ff.  
de verb. oblig.

<sup>n</sup> §. fi . instit. de  
vcib. oblig.

<sup>o</sup> I. centum ta-  
pue. ff. de eo quod  
certo.

beat, aut nō : quod satis appetet ex materiæ connexione & applicatione : nam hæ duæ dictiones (quod si) aduersantur enumeratis supra de habēda ratione, aut augmenti aut diminutionis, sed cum excipiat à sua regula: scilicet quando loco debito solutio sit, ut sola summa petatur. Quid uult innuere quādo ait, nisi qd esset stipulatus de nō dubio esset exceptio, ut cōuētione facta debita præstari debeant . Ergo hæc uerba nisi quod esset stipulatus intelligo, ut stipulatus sit aliquid adiecta aliqua circumstantia quæ iudicis officio uenit explicanda, inquantum intersit, aut rei, aut actoris, ut puta promisisti frumentum alicuius regionis: aut uinum, aut oleum, sicq; de similibus. Nam uinum præstando etiam in quātitate promissa & loco, nisi sit eius qualitatis, quām in stipulatione promisit, index arbitrabitur quanti intersit actoris. Nam ut & nostri Legislatores afferunt, pinguior est ager in declivo quām in colle: & sic de similibus. Nam frumentum certa regione , aut fundo natum , aut facilius prodigitur , aut in tempus conseruatur , sicq; & in uino , & oleo , & alijs similibus. Nunc ad alia progediamur , in quibus nostri Doctores diuinant, & pro suo arbitrio legibus necessitatem imponunt: uolunt enim in uersiculo, uel si temporis utilitas interuenerit omissis duabus opinionibus, quæ & ab illis improbantur, ut utilitas temporis , consideretur ratione damni emergentis , non autem lucri cessantis : Nec tamen ideo esse arbitriam dicunt . Sed si manifestis & apertis argumentis contraria commonstrauerimus , fatebuntur tandem ueritatem . Volunt itaque illi in uersiculo, uel si temporis utilitas interuenerit, non possit luctum cessans uenire. Et ipsi regulam contrariam Iuris dispositioni ha&tenus firmam uoluerunt, ut utilitas temporis dicatur esse usura, sicq; inferunt cum usure in stricti Iuris iudiciis non debeantur , nisi stipulatio expressa sit . <sup>a</sup> Fiet ergo ut <sup>b</sup> commoditas

<sup>a</sup> L. quamuis. C.  
<sup>b</sup> de usuris.

commoditas temporis non veniet in lucro cessante. Illique hunc errorem probare nituntur placito imperatoris Antonini, <sup>b</sup> ita constituentis, ut quoties indebitum datur, & post aliquod tempus repetitur, usura, non debeantur: actione enim conditionis ea sola repetuntur, quae indebite soluta sunt: <sup>c</sup> Ergo inquit commoditas temporis usura est. Et si hoc concludant, inferam prudentiam usuram esse quae temporis tractu nobis acquiritur. Item fructus omnes annuos, & reliqua. quid enim non fert ætas? Dialectici hoc non admitterent, ut tractu temporis usura crescant: Ergo temporis utilitas usura non est. Nam usura non dependet ex temporis utilitate, neque eius dici potest: sed eius qui stipulatus est. Itaque si creditor in bona fidei contrastibus grauetur, ratione temporis augetur quidem obligatio, non propter temporis substantiam: sed propter incommode debiti. Et hoc iuribus probemus: etenim usura est, quod accedit sorti, <sup>d</sup> sed utilitas temporis non est accessorium sorti, immo est pars obligationis: <sup>e</sup> Ergo est impossibile utilitatem temporis usuram dici. Nonne hæc paria sunt, aut minus tempore soluere, aut minus re: <sup>f</sup> tantum enim dani adfertur cui tardius soluitur, quam cui re. Quod si mihi fidem habere non uelis, audi. Vlpiatum Libro quarto ad dictum, nam dies solutionis sicuti summa pars est stipulationis. <sup>g</sup> Cum ergo utilitas temporis pars sit stipulationis? An usuram dicemus que usure sunt quid extra sortem & obligationem, concludemus ergo utilitatem temporis arbitraria actione considerari non modo in damno emergente: sed etiam in lucro cessante: quod probo duobus fundamentis. Primo quia ratio diversitatis reddi nō potest quare lucru cessans non consideretur in utilitate temporis sicuti in adiectione loci: ergo idē ius per oia <sup>h</sup> statuetur, uerbi gratia si certis uñdinis promiseris pecuniam soluere, & sic certo tempore, nōne plus mea

<sup>b</sup> Dicta l. quāuis.

<sup>c</sup> L. I. ff de conditio, indebti.

<sup>d</sup> Doctores in rubri. ff. de usur.

<sup>e</sup> L. I. §.æditiōnes. ff. de edendo.

<sup>f</sup> §. plus. instit. de actio.

<sup>g</sup> Dicta l. I. ff §. æditiones. ff. de ædendo.

<sup>h</sup> L. illud ff. ad legem aquilia.

interest pecuniam non esse illo tempore solutam, aut saltem æque, quam si alio loco quam promisso ubi utilitas loci solum consideratur. Secundum argumentum est de l. quod si ephesi, ubi textus expresse dicit, utilitatem temporis uenire ultra sortem principalem, ergo & lucri cessantis & damni emergentis, ut supra dixit Scœuola, qui hanc adscripsit regulam<sup>a</sup> & damni emergentis & lucri cessantis: cui subnectit Vlpianus utilitatē temporis, itaque cum lex non distingat<sup>b</sup> nec nos distinguimus, cum nul lam legem inueniamus contrarium afferentem. Hoc tamen cum grano salis intelligo, ut & lucri cessantis & dāni emergentis habeatur ratio quoties esset solitus illis nundinis lucrari. Et ne quis me putet alijs subscribere quasi intelligam de lucro intrinseco, ego intelligo & de extrinseco, quod tamen ut dixi ex consuetudine solebat facere & lucrari, ergo tempus & locus recte parificantur in lucro cessante, tam intrinseco, quam ex-trinseco & damno emerrgente. Ad extremum restat falso eos afferere actionem hanc non esse arbitriam in qua lucrum cessans in utilitate temporis cōsideratur, ea ratione, quia adie&cio loci utilitatem rei debendi continet, ut quia si alio loco quam pmisso petatur, quod interest soluentis considerabitur, ecōuerso in tempore interesse rei debendi considerati non potest: quia si uellet tempus elapsum allegare, suā allegaret moram, & sic interesse non potest esse rei, uerū miror cur tam ingeniose se loqui putent non perpenso iurisconsulti responso, an quod interest in actione arbitraria solius rei consideretur nō etiam ipsius actoris: Vlpianus in arbitraria actione afferit & rei & actoris, c quod interest considerari. Itaque non sequetur actionem non esse arbitrariam, licet interesse rei non cōsideretur, cum in disiunctis aliud sufficiat, d ad concludendū, sed & illis quod minimē iuridicum est condonemus, ut actio non sit arbitraria, nisi rei debendi interfit, & sine uerbis in utilitate temporis non

a L. 3. ff. de eo  
quod certo.

b L. de pretio ff.  
de public. in iact.

c L. 1. ff. de eo qd  
certo loco.

d g Si plures  
inst. de hære. inst.

non uenire interesse rei: quid si ante tempus ab eo pe-  
tatur, quid si sua die noluerit recipere creditor ex post  
facto inquietet, quid si sua die deposuerit, consignauerit,  
ergo arbitriam dicemus actionem in utilitate temporis,  
nec obstat quod tituli inscriptio de loco solu loquatur,  
quia satis est contineri in contextu, pleruq; enim evenit,  
ut strictior latior uerba sit rubrica nigra. f

L. si seru h. se  
quitur ff de verb.  
obligat.

## Ad l. si quis iniquum.

¶ Hæc pena ff. quod quisque iuris.



Venit plerq; ut moti aliqua præsumpta, aut apparēti ratione aliud dijudicemus quam quod est in rerū ueritate. Exemplum exhibent nobis Doctores nostri hoc loco in l. 3. §. hæc pena ff. quod quisq; iuris qui falsificantes iurisconsultum addendum g & detra-

g. In 2. constit.  
Codi.

hendum credunt, cum clarior luce meridiana sit, & cum per se fulgeat ambiguū nō recipit. eorum itaq; opinio hæc ut pena huius edicti (qua est, ut quod ipse in sua persona iustum credidit & in aliena obseruet) non possit obijci ab omnibus aduersus eum qui impetravit ius iniquum, sed ab his solis contra quos impetravit, licet nondum usus sit aduersus omnes, sed solum aduersus aliquos ex his contra quos impetravit, unde dicunt ius esse universaliter impetratum, h. alias si aduersus unum, alij non possent hanc edicti penam retorquere, ut scilicet eodē iure ipse utatur, moti sunt hac ratione apparēti quidem sed non uera: quia res inter alios acta alijs non nocet alijs & recte sunt in contraria opinione, licet nō intellexerint quare id uerū esset, dum speciale volunt esse hoc loco, ut res inter alios acta alijs noceat & p sit. Sed neq; speciale est. Imo regulare, neq; uerum est rem esse inter alios actam, ut alijs noceat. Hæc est itaq; ueritas ut non

h. Omnes doct.  
hic.

i Toto tit. C.  
res iter alios acta,

debeamus generaliter impetrare ius aduersus omnes, ut possit quiuis in caput impetrantis retorquere, sed satis est, si uel cōtra unum impetrauerit, ut pena huius editi teneatur, id est, ut omnes aduersus eū retorquere par ius possint, & hoc probat hic s. qui ait non modo licere ei qui l̄esus ēst par ius retorquere in eum qui ius iniquum impetravit, sed ab omnibus qui quandoque experiatur, nam hoc uerbum experiatur ostendit manifeste impenetrantem ab omnibus qui quandoq; experiri uoluerint conueniri: omnis a enim dictio signum est uniuersale. satis itaque constat Doctores labi qui suplent ad textum nostrum, ut ins uniuersale sit impetratum, cum hoc necesse non sit, sed sufficiat contra singularem hominem esse impetratum, ut parta sit omnibus agere uolentibus ansa querimonij. Imo non modo præsentibus, sed & futuris hoc ius acquiritur, b id est, his qui postea incident in aliquem obligationem ei qui ius impetravit iniquum: satis est enim ius iniquum rescripto contineri, id est, durum parti, ut possit retorqueri aduersus impetrantem, dummodo sit eiusdē qualitatis & naturæ: & dum alijs dicunt esse speciale, hic ut res inter alios acta alijs proficit & noceat, falsum est pœnitus. Imo ē conuerso non nocet alijs a contrahētibus: omnes enim hoc editio contrahere uidentur. Nam dum aliquis ius iniquum impetrat aduersus aliquem, uidetur ex hac nostra rubrica non modo cum eo contrahere quem ledit, sed cum oībus hominibus, quia illud est naturale, ut quod obseruandū in facto alieno iudicas, & in tuo patiaris: pereque enim apud omnes homines obligationem parit, unde in Euāgelio dicitur, Qua mensura mēsus fueris, eadem tibi remetietur. Illud est ergo generale respiciēs personam delinquētem, non obligans solum contēplatione illius qui l̄esus ēst, quid est enim æquius quā ut patiatur legē quā tulerit, id est, impetrauerit: itaq; intelligo hūc uersiculum potestatem objiciendi paritatem iuris aduersus eum qui

a Bar. in 1. cūctos  
populus C de sū-  
ma tri. & si. cat.

b E. nostra s. il-  
liud hoc tit,

qui iniquum ius impetravit, licet ab initio nō nisi cōtra unum impetrarit. Hac habita tamen distinctione, an sit unum negotium, id est, eiusdem naturae cuius est impetratum ius: alias non haberet locum hac rubrica, dum ait, quod quisq; iuris, nam si diuersum est non est idem: ergo si eiusdem naturae & qualitatis sit, cuilibet liberū est agere aduersus cū qui illud impetravit, & merito ne pessimi homines inuitentur ad has fabricandas deceptions consocijs, coercenturq; metu similitudinis poenæ.

## Ad l. tertiam s. si is pro quo. ff. Quod quisque iuris,



EGVNT diuersis modis & intelligūt hunc s. nostrum, scilicet, ut principalis debitor impetraverit exceptionem aut dillatoriam, aut peremptoriam, & utruncq; recte stare posse affirmāt. Ego alterū intellecū nō modo legibus sed æquitati ipsi repugnare assero, eosq; non esse actenus assequitos vim uerborū finaliū scilicet, & ideo mandati actionē nō habebis, itaq; impetrari perēptoriā exceptionē non posse in cōfesso facile erit, si nos fateamur, qd potētissimū firmissimūq; est hoc in editō, nihil scilicet impetrari posse contra ius & equitatem, ut Vlpianus supra dixit, c. nemoq; id negare pōt, quod sit ut is qui attentauerit ius cōtra leges impetrare, non incidat in penā huius editi. Quid enim obfuit conatus cū iniuria nullū habuerit effectum. Est autē contra leges impetrare, ut quis suo iure cadat in totū, immo aditus talibus patere, d nō debet, ut noster Imperator Cōstantinus rescribit, & dū huic obiectiōi respōdent à principe dictū esse nulla lege in contrariū obstante manifeste iniquitatē profitentur: sicquidē ius & naturale, & diuinum f & gentium & ciuile huic beneficio repugnat, quod defen-

c. L. i. §. si hoc sit.

d. L. quotiens C. de p̄cibus imper. offe.

e. L. vt vim ff. de instit. & iure.

f. Panor. in ca. 1. de rescrip.

G. iiiij. sionem

## ANIMADVERSIONES

fionem alteri tollit, idemq; iuris est si rem alicui auferamus mediāte rescripto, quia res nostra sive factō nostro ad aliū transferri non potest, & rescriptum à principe emanans, ut quid fiat uel non fiat nulla lege obstante intelligi debet iuris positivi non naturalis iuris, quod iuris quod neque Imperator nedum Papa immutare potest. <sup>a</sup> Pessime itaq; loquuntur in pacto de non petendo, quia semel fideiussori acquisitum <sup>b</sup> ab eo tolli nō potest, nec obstat quod dicunt tunc impetratum esse rescriptum cum fideiubebat, quod diuinatorium ini-  
 quumq; est. Restat ergo, ut dicamus hic esse impetratum dilatoriam, & non peremptoriam, sive temporis, sive cuiusvis alterius rei: Nec obstat Bartol. & accursij ob-  
 iectio, qui volunt ut si uerū esset à principe dilatoria solum impetrata esset cum dillatoria sit ad tempus & modifícata, adueniente sic tempore teneretur fideiussor, sicq; ei competere posset mandati actio. <sup>c</sup> Atqui hoc negat textus in fine, uerum enim uero commoueor maximē quomodo non animaduerterint hæc uerba, & ideo mandati actionē non habebis, referri ad secundū respōsum de fideiussore, ubi ne uerbum quidē de principalia rei impetratiōne, non ad hoc primum, ubi de reo principali loquitur: Dum itaque ait, & ideo mandati actionē non habebis intelligere debemus, vt statim subij-  
 ciam. Commodius itaque erit si propter obscuritatem <sup>d</sup> h. paraphrasim adscribā, & ne ab ignotis procedamus. Scendum est hunc titulum loqui in talia ratione iuris, fingamus itaque speciem: Titius creditor, idemq; de-  
 bitor impetravit ne debitores sui possent se exceptione  
 tueri non loquitur in pacto de non petendo. Quia & si obligatio ipso iure perempta non sit est: tamen inefficiax <sup>e</sup> ope exceptionis. Non loquitur præterea in accep-  
 tilatione que eneruat & enecat ipso iure <sup>f</sup> obligatio-  
 nem sive actionē. Nec item loquitur in solutione rei  
 debite que permit & funditus tollit obligationem <sup>f</sup> sic  
apparet

<sup>a</sup> Distal H. & ibi  
 doct. & I. bene a  
 Zenone. C. de  
 quad præscrip.  
<sup>b</sup> L. si. ff. de pact,

<sup>c</sup> L. si mandaue-  
 ro tibui ff. man-  
 dati.

<sup>d</sup> L. si vnum & pa-  
 tis ne perderet ff.  
 de pact.

<sup>e</sup> L. i. ff. de ac-  
 cepti.

<sup>f</sup> h. inst. quib. mo  
 dis tol. oblig.

apparet nō dari exceptionem peremptoriam: sed beneficio principis concedit solum dillatoriam . Nūc iste titius mutata qualitate: quia debitor à suis creditoribus conuenitur quibus certa die debebat, sed nondum presentis erat, queritur an possit exceptione se tueri quasi eesserit quidem dies, sed nondum uenerit, respondet §. quod quisque iuris in alium statuerit eodem iure utatur: & hoc plurimum facit pro nobis supra in interpretatione versiculi hæc poena: quia hic res inter alios acta alijs prodest, non potest ergo se tueri aduersus suos creditors, sicuti neq; sui debitores aduersus se, & de hoc non est dubium. Sed emergebat difficultas an salte titij fideiussor se tueri posset aduersus creditors huius titij, & negotium faciebat: quia principalis debitor, titius scilicet, in deterius reformatre causam fideiussoris nō potest, & damnificabatur tamē fideiussor: quia plus soluere cogebatur quam se adstrinxisset: etenim ante tēpus cogit soluere quo & plus solvi dicitur, h uerū tamen hoc non obstante contrarium decidit hic §. qui ideo intelli gi in peremptoria non potest: quia si iam peremptoria esset parata à modo sine noua obligatione fideiussor teneri non potest i atqui ut appareat tenetur, ergo de sola dillatoria intelligetur §. Sed queret aliquis quare fideiussor facto alieno tenetur, & certe hæc est ratio: qd fideiussio sit accessio principali obligationi, & ut principalis, ita nec ipse dillatoria uti potest exceptione: uerū nondum satisfactū uidetur. Cum ut diximus non possit deterior conditio fieri fideiussoris per reum principale, & nonobstante illa ratione accipiet iniuriam fideiussor, hanc scilicet, ut ante tēpus soluat si modo soluendo non sit titius, & hoc propter æquitatē naturalem quæ in hoc nostro ædico uersatur, quæ oēs uincit & ligat. Vidimus tandem teneri fideiussorē ex iniqua imprestatione principalis rei, & hoc in prima parte §. nostri: uideamus de secunda, quid si fideiussor ius iniquū impetravit, ut puta,

H Petrus

g L. nouatione  
C. de fideiussor.  
h § fideiussores  
instituti de fideiussio.

i L. si. ff. de pact.

k § Fideiussoris  
instituti de fideiussio.

Petrus pro titio fideiussor, iste Petrus habebat debitores sed in longiorem diem impetravit, ille ut ante diē posset eos cōuenire & exceptione termini longioris nō possent se iuuare. Nūc queritur an creditor titij posset agere ante diem aduersus titum, quasi eius fideiussor petrus hoc ius obtinuerit aduersus suos debitores, & respondet, non posse eos agere aduersus Titum principalem reum, quia poena fideiussoris Petri ad Titum rerum promittendi nō debet extendi, a ipse tamē rectissime cōuenietur ex obligatione fideiussoria, poenaq; huius edicti tenebitur, neq; poterit obijcere principalem reum nondum teneri, quia sibi imputare debet, qui se suo facto in necessitatē congesserit, b & sicuti, si ante tempus soluisset iuuisse principalis rei non posset reum principalem conuenire, nisi post aduentum diei, c ita & quando conuenitur ratione huius edicti. Sed quā diuersitatis, ratio est, ut facto principalis teneatur fideiussor, id est, quando ius iniquū impetravit fideiussoris non teneatur reus, an quia non sic accessorum firmat, aut lēdit principale sicut principale accessorum afficit? d An etiam quia facile fideiussor leuari potest iniuria sibi illata actione mandati? an etiam, quia fideiussor in omnem casum le adstrinxit, & suam obligationem perpetuauerit? Supereft itaq; ut hēc uerba, & ideo mandati actionem nō habebis, intelligamus uolunt nostri Doctores, ut in hoc §. perdat actionem mandati, quando ius iniquum impetravit: sicq; de cætero non audiatur, in quo turpiter labuntur, quis enim dicet cum alterius iactura oportere alium locupletari? e Et quid plus meretur mali qui uirtute huius edicti ante diem soluit, quam quia ex propria uoluntate pro reo ante terminum soloit, nam ut inquit Paulus, f interim nō competit actio sed cū dies uenerit sicq; hunc debemus intelligere §. Quē intellectum satis uerba literè probat, dū ait textus poena tua ad reum non extendi debet, sed poena nulla alia hoc loco est, quam ut ante tempus conueniat non ut à debito

a L. ff. de eo  
quod certo loco.

b L. si fideiussor  
q penul. ff q satis.  
c Dicta l. si man-  
dauero, ff. manda.

d L. quod per  
manus ff. de iure  
Codicilorum,

e L. nam hoc na-  
tura ff. de cond.  
indebici.

f Dicta, l. si man-  
dando ff. mādati.

bito in totum cadat: Supereft nunc, ut Bartoli, Accurſij obiectionibus ſatisfaciamus, uolunt enim Vlpianum g au thorem hoc loco ſibi repugnare quaſi mora rei ſi noceat fideiuſſori huic legi contrarietur, & mora fideiuſſoris nō noceat principali, h qua i re māxime aberrant, cū utroq; in loco unum idemq; decidat Vlpianus. Nec obſtat p̄terea Imperatoris Antonini i responſum quo dicimus fideiuſſorem non poſſe priu conueniri, quām reuſ principalis excutiatur, id enim uerum eſſe fatemur manente eodem ſtu obligationis. Sed hic mutatus erat, & quidē facto proprio, unde ſibi nō alijs nocere debet.

g L. mora. ff. de verbo oblig.

h L. ff. de eo qd<sup>a</sup> certo loco.

L iure uofro C. de fideiuſſor.

¶ Ad L. Si ita legatū. ff. de cōd. & demōſt.



CIO quāplurimos dicere ſolitos male ſe errare cū Bartolo, quām recte loq; cū neotericis, & id maxime propter authoritatē & inueteratā approbationem. Ego autem & cum illis cōſentio duobus concurrentibus, uidelicet dum decidēdum in iudicijs nobis eſt, uel dum non ſuppetunt uera iuriſconsultorum responſa quā Bartoli opinionē infringant. Sed hoc loci nō modo clypeo iuriſconsultorum utar uerū gladio proprio Bart. cōfodiam. Pr̄terea mihi de ueritate diſputandū eſt quā oībus authoritatis anteponēda eſt, quod ſi de pr̄iuditio alicuius ageretur mea inuiti prudētia deficiendo a Bartolo, id eſt, cōmuni, periculouſum putarē: at hic ueritas eſt lōge aliter quā crediderit Bart. alijs nostri doctores: dīcā ergo qd<sup>a</sup> ſeatio libere uolū illi falsā causā K nō uitiare legatū. qua in parte nemo unquā dubitauit, q uel medio- criter norit. Caius enim hoc afferit, idq; Imperator<sup>l</sup> aperte docet, at hoc elici ex nřa lege falſum nō mō eſt quinimo cōtrariū dicendū credo, & ne multus ſim anſa erroris il- lis eſt Accu. in illis verbis (& ſane hāc cā eſt) adiuciēs hāc interpretationē & ideo licet cauſa nō ſubierit: tñ legatum

k L. demonstra-  
rio ſi. de cōſidi.  
& demonstra-  
tio ſi qd<sup>a</sup> in noīe  
initit. de legat.

H ij debetur

## ANIMADVERSIONES

debetur. Verum Bartolus & alij minime inuestigarunt  
hoc ne uerum esset, idq; uellet iurisconsultus an potius  
contrarium, etenim maximus morbus nonmodo in le-  
gali philosophia, sed in omnibus artibus inualuit, ut pe-  
dibus & manibus in sententiam aliorum incurramus no  
perpenso ueritatis libramine. Bartolus sequutus est A-  
zonem, & Accursium Bart. & omnes fere: ego uero dum  
æquitatem video refragantem subfisto, inquiror qm  
recte dixerint, & abiectis eorum opinionibus, cogito  
quid ex ueritate rerum elicere possim. Veritas est ergo  
hæc in nostra lege, ut falsa causa uiciet legatum: & hæc  
tria præuento ad ueritatis examen. Voluntatem testa-  
toris & demonstrationes & conditiones, & causas & mo-  
dos in testamētis regere, a ut aperte testatur Vlpianus.

a L. in conditio-  
nibus ff. de cond.  
& demon.

imprimis itaque spectandum est, quid senserit testator,  
& quoque progressa sit liberalitas, nedum eius vo-  
luntatem executioni mandare conamur, ex diametro  
contra voluntatem faciamus. Secundo in legum inter-  
pretatione semper attēdendū esse ad rationem legis, b  
qua non modo factum præsens regulat, sed perpetua  
est ueluti trutina. Virescit c enim, & perpetuo loquitur.  
Est autem anima legis ratio, qua cessante cessare legem  
necessere est. At in nostro textu, hæc est ratio, ut condi-  
tio filiorum, id est, successio exequaretur, & pro equis  
portionibus succederent. Ergo si hoc querimus, ut sci-  
licet æquales sint, & falsam causam dicamus, contrarium  
rationi dicemus. Nam dum uolumus falsa existēre cau-  
sa legatum valere in æqualiter succendent, ergo hic ue-  
ram causam fuisse oportet. Tertio Bartolus met fate-  
tur duplēcē esse causam: aliā quæ coheret legato, aliā  
quæ minime coheret, quæ coheret legato si falsa sit, le-  
gatum infirmat, illa enim est, & impulsiva & finalis & ut  
philosophorum uerbo utar est sine qua, id est, qua im-  
pulsus est testator ad ita disponendū alias no facturus &  
ita testator Imperator Antoninus d alia est quæ non co-  
heret

d Li.C de falsa  
ca. adiect.

heret legato, & illa non infirmat legatum cum immediate non respiciat liberalitatem testatoris & etiam sine qua testator erat donaturus. His sic præmissis dico tex-tum nostrum hoc uelle, ut falsa causa uitiet legatu. Vnde aliter quām Accursius illa uerba interpretor (& sanē hæc causa est) nam sine causa non erat testator aliquid datu-rus: & non abs re iurisconsultus bis repetit hoc uerbum causa, quasi uellet dicere hæc causa cum vera sit, nō mi-tum si legatum debeatur cū pater prouide ægerit & aqua-liter filios instituendo; cauere enim debemus ne occasio discordie iter filios oriatur: & nulla autē maior esse po-test quām cū uni plusquam alteri relinquitur nisi forte causa subit legitima. Nec me mouet Caius f. dū uult falsam causam non uitiare in eadem facti specie qua se defendunt doctores, licet lapsi sint non consideran-tes diuersitatem rerum & rationum. Nam aliter loqui-tur Caius aliter Vlpianus: & si me uel hac sola ratione tueri uellem, ni fallor, purgato cerebro satisfaceret le-ges non exemplis & adstringi, aut regulari, sed ratione: est itaque alia ratio in l. nostra, alia in l. demonstratio §. si. Prima de modo ex Pomponij h. responso dum uult ualere legatum, licet falsa causa adiecta sit sumitur lega-tum sit incerta species: ita etiam Caius loquitur qui fun-dum legari dicit sic speciem certā, quasi liberalitas so-la ueretur testatoris. Quod si ingenere legetur, falsa demonstratio uitiat in eo in quo uera non reperitur. At in l. nostra Vlpianus ait in genere relidum esse, de-cem scilicet, nemo enim dicer speciem esse, ideoq; non ualebit legatum in eo in quo falsa est causa, at si in to-tum sit falsa, causa cur ualebit legatum?

¶ Secunda ratio, est quām non negabit Bartolus, quo-ties paterfamilias prouidet de re certa, hoc est de re speciali, tunc uidetur parum curare quæ sit causa an uera an falsa, quasi testator in omnem euentum volue-rit relinquere ex meta liberalitate, ad quando non spe-

H iij cialiter

d. L. non solum  
§ similq; .C. de  
bonis queliberis  
e Dicta I demō-  
strano § si. ss. de  
cond. & demon,

f. L. nemo iudex  
C. de tenti. & in-  
terloquitur oim  
iudicis.

g. L. quintus ff.  
de auro & arg.  
legato.

## ANIMADVERSIONES

cialiter prouidet, sed quasi ex necessitate id est ut equa-  
liter honoratos filios relinquat non uidetur simpliciter  
ex liberalitate relinquere eo casu si uera nō sit causa ni-  
hil debetur: & hæc satis cōstat ex ratione legis nostre quæ  
est legatū deberi idcirco ut filiorum conditio exequare-  
tur: satis itaç innuit Vlpianus hæc loci testatorem nihil  
aliud uoluisse quā æqualitatē seruari, quæ nō seruaretur  
si daretur alteri legatū cū nihil alter ex arca substulerit.

a Dīcta l. demō-  
stratio s. f. de  
cond. & demōn.  
ab C. p. 2  
anēlīp. 2  
-6m. 1. 6d.

b L. si pater C.  
de hæred. instit.  
In e capud C. co-  
dem.

Tertia, pari passu ambulant a demōstratio falsa & cau-  
sa falsa , sed falsa demonstratio uiciat legatum quoties  
aliqua testatoris uersatur affectio cuius contemplatione  
legatū relinquit, & illa affectio falsa inuenitur: & sic de-  
cidū Imperatores Gordianus Diocletius & Maximianus:  
ergo si causa affectionis, id est ut æqualiter filiis suc-  
cederet relinquenterit legatū & falsa causa inuenitur lega-  
tum non ualebit . Nec possumus dicere in l. demonstra-  
tio. s. fi. testatoris affectionē uersari, quia illuc loquitur sim-  
pliciter de falsa causa, non ea contemplatione ut æqua-  
litas seruetur: quod satis colligitur ex illo uerbo , ex ar-  
ca sumpsit quasi diceret mea uoluntate habuit: at in l.  
nostra dicit substulit quasi inscio & inuito testatore:  
unde propter delictum uult æqualitatē seruari. Præterea  
in fine textus ita continetur , namque causa in præteri-  
tum, poena in futurum cōfertur, sed si nullum sit delictū  
quia scilicet nō substulit quomodo poena sequetur ergo  
necessè est hic causam esse ueram, alias ratio decisionis  
cessabit: non enim studuit testator nisi æqualitati succes-  
sionis, unde cum affectione summa uoluerit æquari  
c L fancimus. C. patrimonii contrarium faciemus si dicamus decem su-  
menda ab altero, causa existente falsa . Nam cum poena  
afficere qui in nullo deliquit est cōtra naturalem &  
æquitatem nedum contra testatoris uoluntatem.

Ad L.

# Ad l. petens C. de pactis



LCIATVS d me commouit, ut & meū  
hoc loci iudicium interponerem his  
uerbis. Quid enim obest aido lectori  
uarias apposuisse epulas? cū itaq; inter  
se non cōstarent nři Doctores ipſeç  
Alciatus fixo pede nihil hoc loco al-  
serere ausus sit, post tātos uiros si qđ

d Libro. 5 para-  
dox. cap. 2.

dixero iudicabunt alij, non æquitati consonet, & bona  
uenia dictum uelim nullam hic esse difficultatem si re-  
cte uerba uim atq; potestatem legis perpendamus, quid  
enim intendit hic Imperator, nonne ostendere quantum  
pactum nudum possit adiunctum stipulationi: Nam ex  
se pactum nudum, nihil producit ab exceptione, ut do-  
cet Vlpianus, e tamē inquit textus noster, et si nihil ex se  
possit si adiungatur stipulationi præcedenti, uel subse-  
quenti statim, est fomentum naturale propter consen-  
sum, quod est sufficiens ad consolidandā stipulationem,  
qua ut doli mali exceptione non submouetur causam  
id est, consensem: vel etiam ex pacto nudo sufficientem  
desiderat, unde ait secundū se stipulationē recte ferri sen-  
tētiā postulabit ppter pactū neq; exceptione doli, quasi  
nō subfit sufficiens causa, excludet. Praterea sciendū est  
non abs re in textu dici statim interpositū: nā non firma  
uel efficax potest manere stipulatio sine causa, g quæ nō  
præsumereñ ex longo intervallo, & sicuti solemnitas sti-  
pulationis continuum desiderat actū, h ita iussit neces-  
sē est continuo, id quod obligationis æquitatē fouet, i  
quod de essentia firme obligatiōis est, unde dixit statim  
sequi, vel quod & precedere debeat etiā statim intelligē  
dū est: alias cui se certo referat nō haberet stipulatio: &  
sicuti diuersis horis nō possunt fieri testamentū paternū  
& pupillares tabulae, sed uno cōtextu, k ita & stipulatio  
annexum habeat pactum nudum necesse est.

e L. iurisgentile  
g. sed cū nulla ff.  
de pactis,

f L. i. § circa ff. de  
doli mali except.

g dicto §. circa

h L. i. §. 4. ff. de  
verbo obligatio.

i Arg. Lin ven-  
ditionib. in dicta

l si quis fundum  
ff. de cōtrah. emp.

& vend.

k L hæres palā  
§. ff. ff. de testamē-

nis & l. moribus §.

prius ff. de vulg.

Secundum

**T**Secundum stipulationem, ergo fertur sententia, ut inquit textus, id est, sequitur ex stipulatione sententia. Nam & obligationem firmam continet, & ex ea actio sequitur: neç enim voluit dicere ex pacto nudo ori actionem cu non p ducat, sed ex stipulatione quæ ppetuo p ducit: ex duobus itaq imperfectis ius nostru firmā statuit:

a L instrumenta  
C de fid.instru.

b L.iurisgentia  
S. quiniano ff. de  
pact.

c L.i.ff.de pact.

d L.ca amplius  
his natura debet  
ff.de reg.iur.

e L.iurisgentium  
S. ve puta ff. de pa  
ctis,

cumulata enim iuvant, quæ per se non proslunt, hoc modo: nam ex pacto (quod semper nudum intelligitur nulla distinctionis nota aliecta,) sic ex se nihil actionis habet, licet æquitatem naturalem contineat, ut testatur Vlpianus, deinde ex stipulatione quæ et si fulcita sit iuris solennitate, deficit tamen ei quod potētissimum est, scilicet æquitas, quæ aduenit ex illo pacto nudo sic sit, ut coniunctio simul compositum, simul perfectum construant: & efficax in iure huiusc rei forsitan exemplum desiderabit aliquis, nec immerito, est enim satis arduum: dabimus tamen, & quia si de subsequenti pacto apparet quod longe difficilius est de præcedenti satis configemus. Promitis, mihi obseruare pacta quæ sup dote restituenda interponemus, & alter respōdet obseruaturū se: deinde incontinenti iste promissor dicit conuenio daturum tibi dotem statim, neç annum expectari uolo: est enim hoc impossibile producere actionem ne ex pacto actio oriatur: tamen quia stipulatio intervenit, & statim subsequutum est pactum, ex stipulatione orietur actio, & secundum se feretur sententia. Plura disputarem, sed satis infirmate sunt sententiae Doctorum, qui sese inuicem mendent & reprehendunt quantum possunt, ut quot capita tot sensus esse videantur.

**Ad L.**

# Ad L. tertiam s. finali ff.

de iure fisci.



D I D I T nobis Calistratus hoc responsum, ut si quis thesaurum (id est conditam ab ignotis dominis tempore <sup>f</sup> L.1.de thesau-  
vetustiore <sup>f</sup> rem mobilem) in loco ris lib. 10. C.  
sacro, aut religioso, aut publico,  
aut in monumentis inuenierit, ex di-  
norum fratrum constitutione mediā  
partem habeat inuenētor, alia media pars fisco vendicetur,  
quod obtinebit & si in Cæsaris possessione quis inuenē-  
rit, ut sic media pars inuenētori alia fisco applicetur. pro-  
trahunt <sup>g</sup> & imperatores nostri hanc constitutionem <sup>g</sup> Dicta L.1.libr.  
& ad locū vniuersitatis ueluti in theatro, stadio, & simili  
libus Imperator Iustinianus in suis salem approbatiōe.  
& authoritatis impertitione, qua <sup>h</sup> omnia sua facit insti- <sup>h</sup> L.2.C.de vere  
tutionibus <sup>i</sup> contrarium afferit, videlicet ut ei in totum <sup>j</sup> iure enucleādo.  
concessus sit thesaurus qui in loco sacro, aut religioso <sup>i</sup> <sup>k</sup> thesauros in-  
fortuito casu inuenierit non aliter quam si in suo inue-  
nisset, in quo naturalis æquitas uersatur. Hanc plerique  
enpiūt dissolere antinomiā, sed frigidius nihilq; aliud  
quam laterem lauant. Primi sic soluunt in l.3. §.fina.  
fortuitu non inuenit, unde medianam partem solum ha-  
bet, in alio fortuito inuenit, & sic non pugnant, sed ne-  
casses. euasere alio enim respōso constricti omittent:  
nam ut aiunt Imperatores, k si quis alio modo inuenē-  
rit quam casu & forte fortuna nedum medium fiscus uen-  
dicabit, sed rem totam, ut puta colendo, aut arādo agrū  
non studio perquirendi, & sic Leo Imperator afferuit.  
itaq; in alienis siue in publicis siue religiosis, aut fisca-  
libus & sic de similibus casu non data opera aut scelerati-  
s & puniendis sacrificijs inuenierit medium conseque-  
tur, & non alias. Immo perderet ac puniretur alij longe  
<sup>l</sup> aliter

## ANIMA DVERSIONES

aliter eupiunt extirpare hanc discordiā, ut Adrianus se-  
quutus sit naturalem æquitatē, Calistratus uero ciuilem  
Sed ipsi magis sibi blauidūtur quād scopum pertingat,  
cēdo quæ ciuilis esse potest, ut quod in nullius bonis est  
occupando consequi non debeam, aut quæ naturalis ut  
quod in loco alieno maximē religioso inuenio ad locū  
religiosum saltē pro media parte non reddeat naturalis  
itaque ratio dicit, ut quod inuenio prope desperatum  
in meo mihi insolidum acquiratur. At quod in alieno &  
naturalis æquitas mihi & domino fundi assistit mihi qui-  
dem propter donū fortune domino quia solo pars ce-

a L. is qui ff. de  
acq. rerum domi-  
nio.

dit: <sup>a</sup> quod attestari Triphonius uidetur uterque ergo na-  
turalem æquitā nulla ciuili cōtemplatione habita sequi-  
tur. Quid ergo an iura pugnat an se inuicem corrigant:  
absit, hoc enim nisi exprelsis verbis fiat, neque aliter sacer-  
dos huius sacratissimæ philosophiae admittet res est in-  
clinata, sed mecum iam quis æquitate certet & rationi sicut  
æquū est obtemperet. Nolo itaque antequam quod sentio

b In proemio  
institut.

dicā, institutiones decerptas esse ex libris pandectarū &  
Codicis <sup>b</sup> collectasque ab his qui in luculenta cōdonatiā  
erexerunt pandectarū & Codicē. Cū itaque ueluti ex mul-  
titudine & varietate respōsorū principia hic selecta tra-  
dātur, ut potius trāscripta quā inventa uideātur adiecta  
tamen methodo & cōpendio ex illis Panderctauim libris,

c Authen. si quis  
in aliquo , C. de  
edendo.

nōne si de aliquo dubitemus ad fontē originēque refere-  
mus? <sup>c</sup> quod si cōdonaueritis (est enim necesse hoc, si at-  
tēdatis quas iam subscrībemus rationes) euadat clara le-  
gu symbolistā, amicitia & fraternitas, ita ut in secūdo  
libro elementorū Iustiniani in Adriani Imperatoris cō-  
cessione dicamus uersiculum (idēque statuit si quis in sa-  
cro loco aut religioso fortuito casu inuenierit) adscribē-  
dum esse post illa uerba (dimidiū dōmino soli concessit  
& dimidium intentori) ante uersiculū (& conuenienter)  
hoc modo Thesaurus, quos quis in loco suo inuenierit,  
Diuus Adrianus naturalē æquitatē sequutus ei concessit  
qui eos

qui eos inuenierit. At si quis in alieno loco non data ad hoc opera, sed fortuitu inuenierit, dimidiū domino soli & dimidiū inventori concessit, idemque statuit si quis in sacro, aut religioso loco fortuito casu inuenierit & conuenienter si quis in Cæsaris loco inuenierit &c. Et ita esse legendū confirmo his sex argumētis, quibus nemo sanè mentis vel somniando resistere audebit.

¶ Primo exēplatiū sequi exēplar necesse est, quod oēs p̄clamāt leges, unde Paulus quinto sentētiātū. d Quicūque à fisco cōuenit, nō ex iudice & exēplo alicuius scripturæ, sed ex authentico conueniendus est ita ut contractus fides possit ostendi. Cæterum calumniosam scripturā uim in iudicio obtinere non conuenit. Videtis enim quemadmodum uocat exemplatum calumniosam scripturam deinde exemplat ex quo fides elicitor: eliciamus ergo ex pādectis & Codice fidē sunt: enim fontes & origines, sic videbimus unū idēque cōcludere minimeque leges purgare.

¶ Secundo uideamus quis ordo seruetur in pandectis & Libris Codicis nonne post inuentionem factam in loco proprio sequitur inuentio facta in alieno? dehinc leo e subiicit idem dicendū in religioso fiscali & publico, & principiis, sicque si refert ad id quod in loco alieno inuētū est cui associabim⁹ Calistratū seruato eodē tenore. Ergo in exēplato idē ordinabimus quod ī authēt. & originali.

¶ Tertio intueamur structurā uerborum eorumque uitæ & potestatē, nōne hæc dictio (at si quis) aduersatur illi orationi (thesauros quos quis in loco suo) tū respectu sensus cū uerborū debuit ergo hæc aduersatiua sequi immediaete cōtrariā sibi nullo interposito, nā hæc dictio suus sua suū dñiū importat, f alienus aliena alienū dñiū exēptionē.

¶ Quarto est ne uerisimile Imperatorē velle corriger ea q̄ prius elimauit, cū ne ullū uerbū qđe faciat: est enim hoc alienū a sua cōsuetudine: si qđ enim corrigēdū duxerit, id apertis uerbis & cū iudicij summa deliberatione ac antiquitatis reprehensione, modestissima licet, facit.

d Cap. 1. de fide  
instru.

e Dicta. I. 1. de  
thesauris Libro;  
10, C,

f Docto. in rub;  
de his q̄ sunt suū  
i ualenci iuris,

**¶** Quinto quis non dicet nostro more legendum, uel ex illa necessitate sensus & orationis, ubi ait & conuenienter in Cæsaris loco si quis inuenierit dimidium inuentoris esse, & dimidium Cæsaris, & tamen immediate loquutus erat de inuentione facta in loco alieno priuata. Sed quæ est conuenientia, aut affinitas inter priuatum Cæsaris locum? etenim in omnibus iuris articulis, ut plurimum ex Diametro pugnant: non ergo uoluit inducere consonantiam inter priuatum & fiscum, sed inter religiosum sacram, & rem fisci, pari enim passu ambulant, **¶** Ita enim solet notari, inferenda ergo erit clausula idemque post eam quæ de priuato & alieno loquitur, ut sit consonantia inter locum religiosum & Cæsaris,

**b** Toto tit. quod cuiusq; vniuersita sis.  
**b** Bart. in l. i. ff. Sexto decâtant quotidie nostri omnes nomothete ordinem sensus & intellectus obseruandum esse magis quam literæ, **b** oportet ergo afferere uitio scribentij, aut typographorum, ita inuersas esse clausulas & transpositas cū ex alijs legibus facilis sit intellectus: nemo duce natura id nullo negotio pp̄det quiuis uel mediocris iudicij, **¶** quiccas enim hoc ipsa dicit. Hæc cū scripsissem unus ex amicis Nauarus, nomine Hytero familiaris cui celare meas uigilias nunquam honestum duxi alio sensu & diuersissimo hunc s. intelligi existimabat, quem intellectum nuperime ædedit vir acuto ingenio, ut suo ordine: & quidem recte staret litera nihilq; esset invertendum, & quod Imperator afferit, ut si in sacro, aut religioso quis inuenierit suū sit ita accipendum esse, ut de loco religioso & sacro priuati hominis intelligeremus. Nam inquit pleriq; hominū priuatas habent capellas & sacella in quibus si quid inuenient eorū proprium erit. Sed hoc stare non posse quatuor fundamentis commonstrabo. Primo quia nemo sacras sibi res facere potest, **c** vt idem Imperator ait, ac quæ rite per Pontifices Deo dedicata sunt in nullius bonis sunt, **d** non ergo dicetur locus priuati. Sed admittamus luce ciuili unumquemque sibi locum religiosum

**e** S. sacre insti. de rerū divisione.  
**d** S. nullius insti. deretur di.

**e** L. in omnēca ff. de religio & sū pribus funeraliū ista. **f** et al. 2.

ligiosum facere mortuum inferendo , e an ex eo uicet oriam reportabit ? non certe : quia non modo de religioso textus loquitur , sed & de sacro: sacrum autem non est illatione mortui . Sed durius conuincam , quia Calistratus mentionem facit & de monumētis , quæ sit autem differentia inter monumentū & sepulchrū docet nos Florentinus f Libro 7. institutionum . monumen-  
tum generaliter res est memorię causa in posterum pro-  
dita in quam si corpus vel relique inferantur fiet sepul-  
chrum , nam ut ait Vlpianus g Libro 10. ad adictum se-  
pulchrum est ubi corpus ossaue hominis condita sunt .  
Si itaq; thesaurus in monumento sicq; loco adhuc pro-  
phano & ut grati aiunt noworacq; inuentus sit commu-  
nis fisco & inuentori quare non erit si in loco religioso  
illatione mortui dum exemptum a nostro domino uides-  
tur licet usu destinato aplicare possumus , nec enim eius  
loci alienatio amplius conceditur ubi locus illatione  
mortui fit religiosus , & si licet pontificum iura allegare  
hodie constat nulla loca dici posse aut religiosa aut sa-  
cra nisi sint rite per Pontifices consecrata: h unde non  
indistincte licet mortuum inferre , nam hodie huic rei  
locus est destinatus qui cymiterium i dormitoriu ue di-  
citur quo loci inuentus thesaurus ecclesiæ applicatur . Et  
licet hodie concedatur priuatis oratorium habere etiam  
non dedicatum illud tamen neq; sacrum neque reli-  
giosum dici potest & ita decretales constituant.

Tertio quis restringet hunc nostrū s. ut loquatur in  
loco religioso & sacro priuati hominis ? ullamue talem  
distinctionem in iure legimus ? Cùm itaque nullo loco  
id inueniatur sed semper de publico loco intelligatur  
nunquam intelligendum duximus de priuato sicq; eorū  
opinio nulla est . Quarto res quæ inherent k religiosis  
aut que in locis religiosis iacent religiose sunt : cum itaq;  
hodie immo & antiquitus nulla sacella sint quin sacra  
dicantur , l lacte & res exūt quæ in eis sunt , unde ad pri-

f Dicta l. monu-  
mentum de relī.  
& sumptibus fu-  
nerum .  
g L. 2. ff. de relī.  
giosis & sumpt.  
futurum .

h De cōsacratiō-  
ne ecclesiæ vel al-  
taris tot o tit.

i Toto tit.de se-  
pulturis .

k L. que religio-  
sis ff. de rei vend-  
itione .  
l g si quis autem  
init de reis diuī-  
sione .

## ANIMADVERSIONES

a C1. quisquis.  
17.q.4.

uatos usus transferri sine sacrilegij crimine minime pos-  
terunt est enim ut inquit Canon uel ex sacro propheta-  
no, uel sacrum ex prophano, uel sacra ex sacro auferre  
sacrilegiū:acquiri ergo dño ī totū falso est: nos itaq; me-  
diā solū partē acquiri dīcimus secundū iuriū dispositio-  
nē, sic inuersio uersiculi necessaria est, ut supradiximus.

## Ad l.cum non solum §.

filij. C.de bonis quæ liberis.



IDEO non defuturos mihi hostes  
hac in parte, quasi hactenus quod  
sum impugnatus sit in cōfesso, ne-  
moque unquā dubitauerit, sed bona  
uenia dictum uelim non me rationē  
deficere aduersus inueteratas tricas  
eorū, & cum a parte mea pugnet ipsa  
æquitas, dicā libere quod sentio. Ad hanc usque tempora  
inuauit hæc opinio ut filius familias nō possit de bonis  
quorum usufructus patri queritur, neque in ultima uo-  
lūtate neq; inter uiuos aliquomodo disponere, ut domi-  
niū perdatur, aut quasi perdatur, idq; uolū Imperatorē  
nostrū asserere, cuius contrarium uerius puto. Cōstitu-  
tio talis est, filijs autem familias in ihs dūtaxat casibus in  
quibus usufructus apud parentes constitutus est donec  
parētes uiuunt nec de ijsdem rebus testari permittimus,  
neque citra uoluntatē eorū quorū sunt in potestate ullā  
licentia eis concedenda dñium rei ad eos ptinentis alic-  
nare, uel hypothecæ titulo dare, uel pignori aſsignare,  
melius est enim coarctare iuueniles calores ne cupidini  
dediti tristem exitū sentiant, qui eos post dispersum ex-  
pectat patrimoniū:cū enim (ſicut dīctū est) parētes alere  
eos secundū leges & naturā cōpellātur, quare ad uēditionē  
terū suarū profite desiderant? Videamus ergo hic im-  
primis quod dici solitū est in iure nostro animam legis  
rationem

## AD L. CVM SOLVM.

rationē esse ux̄ qua exēpla dicta; iuris consultorū depē-  
 dent, quare interdicit alienationē rerū aduentitiarū nō-  
 ne his duabus de causis, prima est cōtēplatione ipsius fi-  
 lij, secunda fauore patris: videamus ergo an p̄hibetur te-  
 statim ut rōnis ituitu filij facte: est aut̄ hāc, melius est enī  
 coarctare iuueniles calores ne cupidini dediti tristē exis-  
 tū sentiat q̄ eos post dispersū patrimoniu expectat. Sed  
 quoq; qd mortuis cōe cū patrimonio nōne mors oīa auf b In. §. deinceps  
 fert, b & soluit: quod si dixeris titulū esse testamentū quo in auten. de nup.  
 dominia rerū trāsferūtur, id quidē admitto, sed demum  
 defuncto testatore, et enim ambulatoria est voluntas te-  
 statoris usq; ad extremū uitæ spiritū: c si itaq; cōualuerit,  
 nullā potuit sibi imponere legē à qua recedere nō liceat  
 Hāc itaq; ratio factionē testamēti nullomodo tollit im-  
 mo expresse p̄mittit. Videamus de secūda quæ patris est  
 his verbis cū enim (sicut dictū est) parentes alere eos se-  
 cundū legē & naturā cōpelluntur: quare ad rerū suarum  
 uēditionē p̄silite desiderāt loquitur hic de alienatione  
 inter uiuos, nēpe de uēditione, sed neq; sic cōcludo: in-  
 telligo enim de omni alienatione, quæ & hypothecam,  
 cōtinet nō repetit enim fieri nō posse elogiu, sed nō alie-  
 nari poterit inter uiuos itaq; testari de proprietate quæ  
 ipsius est dūmodo patri ususfructus remaneat poterit: sic  
 enim filius iure suo utetur & cōmoni humanitate qua p̄  
 mittitur in ultimo filio de suis p̄ arbitrio disponere: d  
 sic nulla iniuria patri inferetur cū de iure suo nihil mi-  
 nuatur. Sed obijciet aliquis subtilior, nonne & in aliena-  
 tione inter uiuos, idē dicemus ut reseruato patri usufru-  
 ctu, possit liberedi sponere, cum unusquisq; sit arbiter &  
 moderator rei sua e neminiq; ius suū sit auferendū, f in-  
 cidi in laqueos, nisi euadere coner. Verū nō uides dimer-  
 sissimā esse rōnē: etenim ad instar lapidis Sisiphæi est re-  
 uolutio alimētorū, ut sicut p̄ secūdū naturā tenet filios  
 alere, ita & fili⁹ patrē, g itaq; si durāte uita p̄tis, dū & ipsi  
 filii sup̄stites sūt, p̄prietatē alienarēt & ususfruct⁹ reliqt⁹  
 p̄tis minueret & lāderet, ex quo & p̄ & filij ali deberet.

71

c L. 4 ff. de adde-  
mendis legatis.d L. 1 C. de sa-  
crofan ecclitis.e L. in re māda-  
ra C. mandari.f L. 2 ff. de hu q̄  
sunt suivel alleni-  
turi.g Toto titulo ff.  
de liber agnoicē.

dis tuncta l. an.

&amp; si parentibus

ff. de inoff. ista,

2 L.de partis. C.

Præterea occasio captande mortis<sup>a</sup> patris daretur emptori at mortuis filijs nihil tale cōtingere potest quia ut iam dictum est mors omnia soluit. Volo sic firmato iam in hostium copias excurramus, iure antiquo peculij castrensis & quasi erat libera testanti facultas filios familias, b aduentitij & profectitij minime: sed noua l.hoc correctum quod attinet ad aduentitium: profectitum enim in suo robore durat. Nam patri in aduentitio solus usus fructus acquiritur, proprietas ipsi filio c de qua si in extremitate spiritu disponere non possit quid quæso introduxit lex Iustiniani? nam paria sunt nullum ius habere, aut eo nullomodo uti posse: d abscedente enim omni causa disponendi ius nullum est, e sed leges noui quid introducunt, aut frustra fierent. f Verum dicet aliquis oculatior patre mortuo libere disponere poterit non autem durante uita, & hoc maximè quia factio testamenti publici iuris est, g unde neque voluntate patris elogium potest filius condere: nideat ille quam subtiliter loquatur, neque hac uulpinatione euadet: nā patre mortuo nonmodo de aduentitijs, sed & de profecticijs licet disponere: quo fieri ut nihil noui induxit lex quando quidem iure antiquo licitum est puberi patrifamilias de omni patrimonio disponere h nulla facta distinctione. Præterea dum volunt nullomodo condere posse testamentum ne uolente quidem patre: quia factio testamenti publici iuris est, vellem ego intelligerent asserere me omnino testari posse neque requiri patris voluntatem non magis quam in castrenibus uel quasi in his enim aduenticijs in quibus ei dominium iure conceditur neminem superiori ex beneficio legis noui. i Nec itaque eorum ratio satis ualida est neque intelligunt quare consensu patris testamenta fieri non possint: neque enim ea de causa quia publici iuris sine testamento. Etenim quis dubitat solennitates contractu publici iuris esse: k non prohibetur tamen filij uolente

b Toto titu. de militari testa iū-  
sta l.f. C. de in-  
off. testa.c g. instit. de per  
quas perso no.  
acquir.d Argumento l.  
nihil interest .ff.  
de regulis iuris.  
e L. 2. ff. de his  
qui sunt sue vel  
ali. iuris.f Cap. penul. &  
ff. extra de consti-  
tutionibus.g L. 3. ff. de testa-  
mentis.h L. in suis ff. de  
liberis & posth.i L. ff. C. de col-  
latio.k L. iurisgentiis  
g pacta conuecta  
ff. de partis. iūcta  
l.contra iuris & l.  
ius publicum. ff.  
sodem.

patre

patre contrahere subsistemus, ergo ne hic: est itaq; hac  
 ueritas non posse ne uolente quidem patre filios testari: l L captoriaris ff  
 essent enim captoriae uolūtate <sup>1</sup> & ex alieno depēde- de hæred. instit.  
 rent arbitrio,<sup>m</sup> Etenim publicumue ius & solennitas im- m L. capratorie ff  
 pedit consensum patris in actibus filij: quinimo perpetuo  
 desiderat, neq; in eo residet ius publicum, ut consensum  
 prohibet, sedne ex arbitrio alieno dependeant, & sic la- n L.; ff. de testa.  
 berius,<sup>n</sup> responsum de testamentorum solennitate lo-  
 quitur. Audiamus & aliam rationem, quare testari pos-  
 fit, nec lex prohibeat. Certum est enim nouo iure col-  
 lationem non fieri, aduentiorum sicuti, necq; castrē- o L.f. C.de col  
 fium,<sup>o</sup> ita enim decidunt nostri Imperatores, ergo quid latio.  
 impedit quominus testari possit, cum si finē spectemus  
 nulli damnum adferat, etenim si nihil in alieno licet id  
 facere, quod mihi prodest & domino non nocet cur non  
 in nullo, p quod nemini obest & mihi utilitatem adfert p L.i. G. fi. ff. de  
 maxime in ultima uoluntate cui omnia iura fauēt? q sed aqua plu. arcenda  
 ne diu uagemur expressus est in hac re textus nostri Im- q L.i. C. de sacro  
 peratoris, r qui permittit testari in his quæ sacrī suis cō- sanctis ecclesijs.  
 stitutionibus certis ex causis conscripsit, non minus quā r In G. in fine in  
 in castrēnis elogium condere. Concludo itaq; filium  
 non posse inter uiuos alienare res in quibus pater habet  
 usumfructum, nisi ipsem pater consentiat, at in ultima  
 uoluntate nulla habita ratione patris recte de proprietate  
 disponit usufructu patri relitto. Nec obstant illa uerba  
 donec parentes uiuunt, quia ad superiorem clausulam re-  
 feruntur, scilicet ut donec uiuunt parētes ususfructus sit  
 eis acquisitus: necq; obstant hæc sequentia. Nec de ijsdem  
 rebus testari permittimus, quia hoc intelligi debet, ut  
 possint scilicet præiudicium in usufructu patri adferri:  
 Et sic intelligi debet paragraphus noster, & ita usus quo-  
 tidianus nos docet.

R A D L.

# Ad l.in ratione legis fal- cidiæ. §. quod vulgo. ff. ad legē falcidiā.



EMO haec tenus in hunc incidit locū  
qui tantam non inuenerit difficulta-  
tem, ut huius §. sensum haberi unquā  
posse negauerit, ergo si prolixiori  
sermone negotium examinemus bo-  
ni æquique consulant lectors, Bar-  
toli. hic est sensus legata relicta in  
secundis tabulis contribuūtur cum legatis relictis in ta-  
bulis patris. Vt sciamus an omnia legata excedat dodran-  
tem duarum hæreditatum. Nam in tabulis patris & filij  
una seruatur falcidia sicuti si esset una hæreditas unumq;  
testamētum. Vnde eueniet, ut si hæreditas filij & sic sub-  
stitutus sit plus grauatus quā in dodrante, immo lega-  
tis sit exhausta hæreditas, non detrahat quartam ex illa  
portione, id est filij hæreditate, quia cōtribuere debet cū  
hæreditate patris quæ non tā est grauata ex qua quartā  
sibi retinere potest. idē dicendū est e contrario, ut si pa-  
tris hæreditas sit plurimū grauata & excidat dodrantem  
cōtribuatur cū pupillari quæ minus est grauata. Et in cō-  
putatione quātitatū hæreditatū & patris & filij solā mor-  
tē attēdimus ipsius testatoris patris scilicet non pupilli,  
unde si quātitas sit aucta nō proderit legatariis & per cō-  
trariū si sit minuta nō nocebit, nō aliter quā si esset unū  
testamētū & una hæreditas. Paulus de Castro hunc Bart.  
intellectum uidetur omnino infirmare, ut nō fiat contri-  
butio hæreditatū ullo modo, sed solū legatorū in utrisq;  
tabulis relictorū: & ait Paulus nostra excedebat dodrātē  
id est si cōsideras legata relicta ab instituto filio nō ex-  
cedit dodrantē hæreditatis paternæ. Itē si cōsideres legata  
relicta a substituto pupillariter non excedunt pupillaris  
hæreditatis

AD LIN RATIONE LEGIS FALCIDI AF  
 hæreditatis dodrantem: sed si simul legata iungas tā pa-  
 tris quam filij excedunt bene, aut hæreditatē patris , aut  
 hæreditatem filij. Et subiicit idem Paulus castrensis, du-  
 bium faciebat, quia cum filius institutus post aditam hæ-  
 reditatem nō soluisset legata relictā in patris tabulis, iam  
 debitor mortuo pupillo a substituto ut & alienum de-  
 bentur, quod si ita est non detrahetur falcidia quasi le-  
 gata sint, quia ut & alienum computabuntur . At que a  
 substituto relictā sunt non est dubium quin falcidiam  
 patientur, quia nō sunt ut & alienū, sed ut legata debita  
 & ex sua persona, id est substituti & hoc modo fingit; ca-  
 sum. Testator habebat in bonis quadringenta a filio in-  
 stituto legauit ducenta & huic filio impuberi substituit  
 titium ab eoq; legauit alia ducenta, si substitutio locum  
 haberet, & sic nulla per se excedebarant dodrantem, sed si-  
 mul iuncta bene dodrantem superant, immo totam pa-  
 ternam hæreditatem exhaustū : nūc pupillus adiuit hæ-  
 reditatem, & sic tenetur ad legata , quæ si soluisset non  
 detraxisset falcidiam , quia non excedebarant dodrantem,  
 at non soluit , sed mortuus est ante solutionem horum  
 legatorum. Nunc fit substituto locus , & ijs ex pupillari  
 ad hæreditaem . Qaritur iam am ut & alienum inte-  
 graliter soluere debeat cum filius integre soluere de-  
 buerit& respondet. Et si uideantur debita ut & alienum,  
 debent tamen contribui non alias quam si in uno testa-  
 mento, aliqua pure, aliqua sub conditione relinquen-  
 tur nam et si pure integraliter solui debeant , quando in  
 uno testamento relinquuntur apposita tamen solita cau-  
 tione & defalcari debent adueniente conditione : ita  
 etiam hic quia relictā in secundis tabulis quodammodo  
 relictā uidentur sub conditione si filius impubes mo-  
 riatur, unde licet filius legata a se debeat integre si ad-  
 uenerit locus substitutioi quasi esset interposita cautio,  
 contributio fiet & locum habebit in omnibus falcidia, &  
 ut ait Paulus, principium § hoc dicit usq; ad uersiculum

a L. i. §. interdā  
ff. ad l. falcidiā,

(secundum quod) iuncto fine §. Deinde ait idē Paulus in uerfculo, secūdū, quod intelligi ut si fiat diminutio hæreditatis, ut quia perijt chasmate forte ī dimidia parte, ut nihil recipiat substitutus. Immo inq̄ de suo soluet quod deest legatarijs, aut si ecōuerso aucta sit, possit habere lōge plus quarta portione hæreditatis. Sed bona uenia di-  
ctum uelim non intellexisse haētenus hunc §. qui si ad amissim examinetur, nullum uerbum facit de diminu-  
tione quantitatis habita ratione mortis patris, penitusq̄  
diuināt hac in parte nostri doctores, quodsi admittā hoc  
in se uerum esse, a tamen nihil ad rē præsentem. Sic itaq̄  
intelligo, quod uulgo dicitur, in tabulis p̄ris & filij unā  
falcidiam seruari, quām potestatem habeat, id est, quomo-  
do intelligi hoc, vt aiunt brocardicum debet. Nam si di-  
xerimus legata esse: & in testamento patris & in substitu-  
tione quæ legata excedant dodrantem, nōne singuli hæ-  
redes detrahent quartam? Ergo non est una falcidia p̄ris,  
& filij, & respondet si singamus filium institutum, & ab  
eo legata relicta, eumq̄ post aditā hæreditatem mortuū,  
ex quo iam legata omnino debita sunt adita hæreditate,  
nunc si constituamus regulam, ut una falcidia locum ha-  
beat, & in patris & filij tabulis necesse est nos unam fal-  
cidiam detrahere, quod tamen non fiet, quia cum, ut æs  
alienum debeantur hæc legata non uidebitur locum ha-  
bere falcidia, tunc enim locum habet falcidia, quando æs  
alienum detractum est, b Respondet itaq̄ jurisconsultus

b §. cum autem  
ratio legis inst.de  
l.falcidia,  
immo contribuātur hæc legata cum legatis reliktis in se-  
cundis tabulis, ut ex illis simul iunctis appareat quomo-  
do falcidia locum habeat, deinde subiicit: Ita sit ut legata  
coniungantur: sed si tu dicis detrahi ex testamēto patris  
quartam & ex testamento filij aliam quartam, iam uera  
non erit uulgaris regula, respondet immo debet fieri cō-  
tributio legatorum, ut detrac̄io fiat, uel ex paterno testa-  
mento uel ex filij. Sed obstat iterum si dicamus detrahi  
ex paterno, euenire potest, ut nihil ex paterna hæredita-  
te

te substitutus habeat, quod si dicamus ex pupillari hæreditate soluenda legata, longè plus quarta paternæ hæreditatis retinebit. Immo forte tota, quia sufficere poterit hæreditas pupillaris, ut subiicit. Quod si non sufficiat, quia ynam detrahimus falcidiā, supplebitur exhereditate paterna: Et quin ita debeat intelligi, subiicit quomodo dicis unam falcidiā seruari in patris portione habita ratione legatorum relictorum in secundis tabulis, vel e contrario respondet, nec ad rem pertinet, quasi cōtributio ne legatorum facta si excedant totam hæreditatem patris, vel totum hæreditatem filij, quia legata in secundis tabulis uidentur legata sub conditione, quasi si esset unū testamentum, debebuntur. Sic itaq; subiecta paraphrasi nunc examinemus singula membra. Vulgo dicitur unam falcidiā seruari in tabulis patris & filij, quomodo hæ intelligi debet vulgaris clausula, & ait: *Quamuis enim substitutus quæ à pupillo relicta sunt, cum filius hæres extiterit, ut & alienum quodlibet, id est debeat legata, ut debetur aliud omne res alienum: & ad hæc declaranda sciendum est imprimis quare iurisconsultus Papinianus constituit legata relicta à filio.* Secundo quare dixit filiu hæredem extitisse: Tertio cur dixit esse & alienum, & ut & alienū à substituto deberi. Et quod attinet ad primū, scilicet relicta esse legata à filio, hoc ideo afferit, ut ostēdat locum potuisse habere falcidiā in duabus hæreditatis, id est in patris hæreditate, & in filij: quia etiā à substituto legata relicta sunt. Nam hic agitur in cōcursu dua rum hæreditatum patris & filij, quomodo falcidia locum habeat: itaq; si cōstitutas non fuisset locum substitutioni, frustra hic agimus de falcidiā ratione, quod attinet ad propositam quæstionem. Secundum est, quare, dixit cum filius hæres extiterit: Nonne idem dicendum si nō fuisset hæres, id est non adiisset hæreditatem? certè non uidetur, quia non adita hæreditate, omnia corruunt quæ in testamento sunt: c debentur tamen à substituto, quia relicta ab facto testa,

a L. cum pater s.  
ab instituto ss. de  
de legatis.

## ANIMA DVERSIONES

instituto censemur repetita à substituto: & ideo quando dicimus relicta in testamento non adita hæreditate corrunt, uerum est nisi sit quis substitutus. Quare ergo dixit eum filius hæres extiterit, & certè propter uerba sequentia, scilicet ut æs alienum debeat. Nam si non adiisset hæreditatem, non ut æs alienū deberentur, quia ab ipso substituto deberi uideretur: & sic nō ut æs alienum. ¶ Tertiò quare ita dixit, ut ex alienum debentur, & sanè ut oriretur dubiū, quod statim immediate decidit. Nam si legata ab instituto post aditam hæreditatem mortuo soluta non sint, & sic ut æs alienum debeantur, in illis falcidia locum non habebit: quia falcidia intelligitur deducto omni ære alieno: b si ergo est æs alienum quæstio vulgaris cessabit, quia quarimus an patris & filij sit una falcidia. Nam si in bonis patris nihil est nisi æs alienum, nulla erit falcidia: Et si substitutus sit grauatus, portio instituti non uidetur grauata, quia legata a substituto non debentur ab instituto: c subiicit tamen, & si uideantur legata ab instituto, & post aditam hæreditatem eo mortuo ut æs alienum deberia substituto, fiet tamen contributio eorum cum legatis secundarum tabularum: & sic ad naturam legatorum redibunt, ut simul confuse unam constituant faludiam, quasi ex uno testamento & hæreditate dependeant. Deinde subiicit: quo fiet ut secundum hanc regulam, scilicet contributionis legatorum aliquando substitutus aut partem solum aut nihil ex hæreditate patris consequatur, quādo scilicet legata & in patris tabulis & in filij ex sola hæreditate patris soluuntur, aut aliquando ut plus quarta parte ex hæreditate testatoris immo totā cōsequatur, quando scilicet ex pupilli hæreditate omnia legata contributa soluuntur. Et hunc versiculum, secundum quod, non intelligunt nostri doctores, dū uolunt referre ad diminutionē quātitatis vel augmentū, habita ratione mortis testatoris. Quid enim uerba illa secundū quod important: Nōne se superiori

b L. quæ fundū  
ss. ad L. falcidi.

L. quoties C.  
delega.

AD LIN RATIONE LEGIS FALCIDIAE  
riori & proximæ orationi coniunguntur quæ oratio dixit  
contribuenda legata: & quare hoc num ut una falcidia  
ex tabulis patris & filij deduceretur? Eo ergo retento the-  
mate, videamus quid innuat, de quoue dubitet uersicu-  
lus iste secundū quod, & certè hoc uult, agimus hic quo-  
modo una falcidia deduci debet ex patris & filij tabulis:  
quod non eveniet, si legata debita in tabulis patris ex  
paterna hæreditate sola soluantur: quia & tunc falcidia  
una esset in hæreditate patris: neque eveniet, si legata  
debita ex solis tabulis pupillaribus ex sola hæreditate  
pupilli soluantur: iam enim duas essent falcidiæ, una pa-  
tris tabularum, alia filij. Quocirca contributio fuit fa-  
cienda, quasi ex uno testamento debita. Sed quid iuua-  
ret, contributionem legatorum factam fuisse, si nos duas  
hæreditates consideremus in detrahenda falcidia, ut sci-  
licet quartam ex patris hæreditate retineamus, & quar-  
tam ex filij? Cui obiectioni respondet hic Papininus, at-  
que frustra dixissemus contributionē esse faciendam, ni-  
si per consequens admittamus confuse hæc legata solui  
debere, habita ratiōe singularum hæreditatum: quinimo  
ex paterna hæreditate integra soluantur, aut integra ex  
hæreditate filij. Secundum quod evenire potest ut ne  
substitutus quicquam retineat paternā hæreditatis, cum  
de ea faludiam detrahere non debemus, quasi sit una hæ-  
reditas separata: nam tunc una falcidia nō esset ex patris  
& filij testamento, sed duas: & secundum hoc, id est regu-  
lam positā cōfusionis legatorū, evenire potest ut substitu-  
tus plus lōge habeat quarta paternæ hæreditatis, immo  
totā quādo scilicet oīa legata cōtributa soluūtur ex sola  
pupillari hæreditate. Et qui ita sit ut debeat solui tota le-  
gata aut ex pīna hæreditate aut ex pupilli, patet ex uersi-  
culo sequenti. Quid ergo si nō sufficiat pupilli hæreditas  
legatis? ergo confusa legata ex sola pupillari hæreditate  
solui potuerūt. Et rīdet superiori clausula, ubi dixit, ut  
plū lōge quarta pīna hæreditatis apud substitutū pueniat

Deinde

Deinde addit, cum patris suffecissent, scilicet si ex ea soluere legata voluisset substitutus, licet eis solutis nihil retinuissest ex paterna hæreditate, ut suprà dixit. Et respódet ex alia portione quæ durat apud hæredem substitutum, supplendum erit ad legata. Nec negotium uocis faciat illa dictio ex suo quadrante, quia intelligi debet ex hæreditate paterna. Nam, ut patet ex uersiculo superiori, legata omnia soluta erant ex hæreditate filij, quæ non sufficiebat: ergo ex hæreditate patris supplendum erit: ideoq; ait de suo, id est de hæreditate quæ apud eum permāsit, cum ex alia soluisset legata. Ideoq; pater legavit de suo patrimonio, id est substitutione, quasi diceret, siue constituamus legata soluta de hæreditate filij, & sic non sufficere, supplebit ex paterna, & econuerso. Verūm quia hoc impossibile uidetur & iuri contrarium, ut scilicet tota hæreditas filij legatis exhauriatur, quinimo & ultra vires sit grauatus, huic cunctationi respondet his uerbis: Nec ad rem pertinet, id est non officit, nec obstat quod ex nullo testamento, id est aliquo præstatur ultra vires patrimonij, ut hic dum suppletur ultra vires hæreditatis filij uel patris, cum in hac parte iuris, id est in questione proposita, ut una falcidia in testamento patris & filij obseruetur, & legata quæ secundis tabulis relinquuntur quasi imprimis sub conditione relicta intelliguntur: nam utitur hic nota improptietatis, quia uerè non sunt sub conditione scilicet extrinseca, sed bene sub intrinseca, si

<sup>a L. conditiones</sup>  
extrinsecus ff. de  
cōd. & demonst.

pupillus deceperit: quæ tamen non facit conditionem,  
<sup>a</sup> quasi dicat, & si faciamus mentionem duarum hæreditatum, item & duorum testamentorum, una tamen ratio est legis falcidiæ, non secus quam si esset unum testamentum, unaque hæreditas. Vnde uera est uulgi regula, quæ in apicibus iuris cōsistit, ut scilicet duæ hæreditates una, & duo testamenta unum uidentur, ratione & ui contributionis. Dum itaq; dicit unam falcidiam seruari in patris & filij tabulis, quid intelligit: an ut falcidia detraha-

solum ex una parte, aut ex toto esse coniuncto? Nam si dicamus unam detrahi falcidiam ex duobus testamentis, videbitur solum ratione unius testamenti deberi, non alterius: intelligendum est tamen respectu duarum hereditatum, non quidem ut ex singulis separatim detrahatur, sed ex una portione, respectu tamen & alterius: dummodo sufficiat: de quo in sequenti§. dicemus. Immorarer circa obiectiones, sed satis Doctores faciūt, exceptis paucis locis, de quibus, si Deus dederit, fusius aliquando disputabimus.

## Ad L. in ratione

§. si filio suo ff. ad L.

Falcid.



ARTOLVS & Paulus dicunt non esse difficiliorem §. in toto corpore iuris, & si non contineat ampliorem materiam: Ego tamen existimo explanatu facilem. Sic imprimis sciendum est tres esse partes huius §. & ita sigillatim legēdum esse, quarum prima has habebit præmissiones, iurisconsultum, scilicet Papinianum semper disputare quam potestatem habeat illud vulgare, in tabulis patris & filij, ynam seruari falcidiam, uidimus namq; in §. quod vulgo quid esset statuendum quando instituto filio unum substitutum adscripsimus. Nunc restat tractare quid iuris sit, si duos pater adscriperit: & an idem dicemus quod in superiori respōso, ut confusis legis instituti & substituti unam falcidiam ex hereditate patris & filij detrahant, & si illa non sufficiat an ex alia suppleatur, & ait, si filio suo duos substituerit, & alterius, id est, unius substitutionū portionem one-

L rauerit

rauerit, quod onus dodrante sua partis continet, tractari solet, id est queri, an ex persona sua, id est ut substitutus falcidiam possit inducere, id est detrahere & deducere, quam falcidiam non haberet pupillus vel unus pupilli substitutus, quia scilicet si esset institutus in uniuersa hæreditate, falcidia locum non haberet, nec legata dodrantem hæreditatis excederent: sed cū diuisa sit in partes, legata bene unam portionē excedunt, vel si unus pupillo substitutus esset, nec ad dodrantem quidem accederent legata, sed cum duo sint substituti, unius portio adeo grauata est ut excedat nō modo dodrantē eius partis, sed totā, unde fit ut maxima oriatur dubitatio consequens prioribus. Nā facile quis dixerit cōsequēter prioribus, id est ex idētate rationis, qua de patrimonij ratione dicta est. Sed quæ sunt illa quæ dicta sunt? Accurſius hic dubitādo duas adiūcit interpretationes, quæ nullius sunt momenti, vel ex eo solo quia superiorem s. nō intellexit: Ideoq; hæc est ueritas, ut de patrimonij ratione dixerimus, quando legata relicta sunt in primis tabulis, id est ab instituto, item & in secundis, id est a substituto, illa simul coniungi & confundi debeat, ut una falcidia detrahatur, ex ambabus tabulis, id est ut soluantur ex sola patris hæreditate, vel ex hæreditate solius pupilli quia unitæ sunt. Quid si illa quæ in solutionē legatorum elargitur nō sufficiat, ex alia hæreditate suppleatur, non obſtare regula ut nō possit patrimoniū plus grauari quæ in eo sit. Sed ratio est in contrariū regulæ uulgaris, quia scilicet utrasq; unā fingimus tabulā, ut supra abūde dictū est. Quod si ita est, cōsequenter hic idē dicemus fortiori ratione: Nā si ex diuersis tabulis & h̄reditatibus faciamus suppletionē ad aliā quæ exhausta est, & nō sufficit legatis, quare in hoc nostro exēplo cū sit eadē hæreditas, idē nō faciamus, licet in duas portiones dispersa sit? & si una sit onerata ultra dodrātē portio, itegra tamē legata p̄stabūtur, & cōtributio fiet, cū portione alterius qui grātius

uatus nō est, sicuti in superiori §. Respōdet tamē hic nō esse falcidiā locū, id est si nos attendamus quod supra diximus, non detrahetur falcidia, licet legata excedant suā portionem. Sed alterū substitutum conuniet in id quod ultra vires portionis suæ est, ueritas in cōtrariū tamē est, ut statim subiicit his uerbis: Sed uerior est diuersa sententia perinde huic quartam relinquendā existimantium, id est substitutus cuius pars erat adeo onerata, ut dodrans imo tota patrimonij portio legatis exhausta erat quartā relinquēdam, id est detrahet falcidiā non habita ratione portionis nō onerata sui consubstituti, atque si ita patet hæres extitisset, id est quēadmodū si fingeremus nō esse substitutus sed institutus: Nam tunc est aperta decisio, ut unusquisque ex sua portione falcidiā detrahatur, nō habita ratione consocij, id est cohæredis: & ita Caius decidit a L. in singulis  
ad l. falcid.

Sed quomodo sint dubium hic in his duobus substitutis, attentare regula institutorum: Et certè sic, propter ea quæ de patrimonij ratione supra dicta fuere: licet longè secus hic sit, quia et si duæ sint hæreditates, patris & filij, in una tamen persona sunt unitæ: ac hic econuerso, quia una hæritas in plures personas diuisa est: unde eleganter Papinianus rationem subnequit his uerbis: Ut enim opes patris & contributio legatorum inde capiunt & formam & originem, ita plures substituti subducta persona pupilli, reuocandi sunt ad intellectum institutionis: quasi diceret, patris hæritas unita in persona substituti, filio unitur in una persona: unde fit contributio legatorum: econuerso dicere debemus, quando duo sunt substituti, quia illi subducta prima persona instituti reuocandi sunt ad intellectum institutionis, id est haberi debent quasi instituti essent ab initio, non autem substituti. Et est uerus intellectus huiuscē versiculi. Maxima itaque differentia est an duæ hæreditates in unam personam devoluantur, sicq; ex ambabus coniunctis aliquid cōmodi consequi possit, An uero una hæritas in

plures personas dividatur, & unius portio ita sit onerata,  
ut nihil honoris consequatur, cū hæreditis institutio hoc  
non patiatur.

## Ad L. in ratione legis falcidie versic. Quid tamen, ff. ad leg. Falcid.



E R B A huius responsi adeo implicata sunt, vt non sensum modo sed ne uerbis quidem tenus intelligere possimus. Difficultas tamen ea nos non rejicit quin quod sentimus apertissimis uerbis illustremus. Durat itaq; Papinianus in eadem facie specie, quam proximo §. decidit, videlicet quando duo sunt substituti, an debeat fieri confusio portionū: in hoc tamen differt, quia in superiori loquebatur quādo unus ex substitutis ex propria persona erat grauatus legatis: nunc uero quando alter ex substitutis grauatus est ex persona instituti mortui qui legata non soluit. Unde oriebatur difficultas ratione illius vulgaris regulæ, quæ est, vt legata relicta ab instituto, quæ præmoriens non soluit, à substituto præstari debeat contributione facta, secundum quam eueniebat, ut substiti cogentur omnia conferre & cōiungere, ut legata relicta ab instituto soluerentur. Sed his non obstantibus decidit cōtra Papinianus. Quid tamen dicemus de altero substitutori id est, fingamus duos esse substitutos, & vnum grautum esse ex sua persona, alterum non esse grauatum, sed ex persona instituti qui legata nondum soluit, & aliquid ultra doctrantem sit, id est, legata: relicta ab instituto excedant portionē substituti nō grauati ex sua persona.

Quarit

Quærit an in oibus, id est, in duobus sermonibus habebit locum falcidia, quasi dicat, an quia non ex sua persona, sed ex persona pupilli est oneratus, si et confusio duarum partium, ut possit quartam habere: & respōdet quartam ex portione sua habiturum, licet sit ex persona instituti gravata: Et illa verba neq; idem patitur instituti cōparatio interpretantur per verba sequentia: Kursus si ne gemus, id est, si dicamus non esse recurrendum ad comparationem instituti, ueluti si dicamus non oportere cōfiderari onera instituti unita in persona substituti, ut possit confusione facta falcidiam detrahere ex duabus partibus & sic ex tota hæreditate, aliud aperte quā quod uulgo probatum est respondebimus, id est regula erit falla, qua uolumus confusione fieri oneris instituti & substituti, quia negamus ex portione consubstituti suppleri ut omnia legata soluantur, Vnde subiicit iurisconsultus: itaq; uarietas existet, ut is qui proprio nomine oneratus est ueluti institutus quartam desideret. Et de hoc uidimus in decisione superioris §. Sed quid dicemus & altero qui non ex propria persona est oneratus? Nonne debet fieri confusio portionum patrimonij, ut integra soluantur legata? Et respondet, alter autem qui non est oneratus ut substitutus, id est ex propria persona licet portio eius largiatur, hoc est quamvis media pars hæreditatis sit soluendo legata integra relicta ab instituto, tamen non conuenietur insolidum, sed quartam deducet nonobstante confusione calculi, quasi dicat et si debeantur legata ex persona instituti, videaturq; fieri debere confusio, tamen non sicut, non magis quam in superiori exemplo.

L iii Aduersic.

## Ad versic. huic conse-

quens. L. In ratione. ff. ad

L. Falcid.

a L. i. ff. si cui plus  
quam per l. falc.



L P I A N V S huiuscē uersiculi rationem reddit, dum uult stipulationē interpositam nonmodo ipsi qui stipulatur id est instituto, sed & substituto prodeſſe. Quoniam ea recte Pa- pinianus subiicit hunc uersiculū cō- sequutiue alijs, ut si pupillo de falci- dia cautum fuerit, id est, stipulatione interpositā cautum sit pupillo, ut si ex post facto appareat plus esse in legatis quam dodrans patiatur, fiat reſeſio eius quod excedit: quia stipulatio nonmodo prodeſt ipsi pupillo, sed substitutis, committiturq; omnibus substitutis, id est: prodeſt vi- delicet in ea quantitate quam vpusquiq; sibi retinere po- tuisset, hoc est in quadrante portionis singulorum. Bene itaç supra dictum est substitutum detrahere quartā eius portionis in qua erat substitutos, licet grauamen esset in persona instituti: & à fortiori concludemus ut si expressa fuerit interposita stipulatio si plus quam per legem falci- diam licuit datum sit, licet ab instituto concepta sit, pro- derit substitutis.

# Ad l. si hæres institutus

§. Item si rei publicæ ff.ad

Leg . falcid.



VNC §. omnes admirantur , nes  
immerito,cum vix sit possibile veri-  
tatem elicere: nos tamē quantum po-  
terimus æquitatem sequemur . Et ut  
eluceat magis,sciendū est in iure no-  
stro usuras reperiri diversis modis ut

<sup>b</sup> Alc.cap.1.li.3.  
alie s̄nt cētesimæ, alia semisses, alia  
dispunet.

triētes. Centesime usuræ sunt quæ centū mensibus sorti  
principali adæquantur,id est octo annis & quatuor mē-  
sibus. Nam centum & quatur menses octo constituant an  
nos. Itaq; singamus sortem esse in centum , debebuntur  
singulis annis duodecim,& sic singulis mensibus aureus  
pro centum. Antiquitus enim per menses constituebant  
usuras, & numerabant tēpora freneratitia: Semisses usuræ  
sunt,quæ in centum Mensibus sex constituunt,unde du-  
centi duo menses requiruntur,ut æquarentur sorti,quia  
duobus mensibus vñus aureus respetu centum debere-  
tur. Trientes vero usuræ dicuntur quæ centum mensibus  
sortis principalis tertiam partem constituunt,nam triens  
assis,sunt quatuor vnciæ:& sic si centesimis usuris con-  
stituamus duodecim aureos pro centum singulis annis,  
pro trecentibus constituemus singulis annis quatuor au-  
reos,& sic tribus annis duodecim efficiemus.Ergo trecē-  
tis annis usurae sorti æquabuntur.Nunc ad rem veniamus  
& constituamus exemplum §. nostri. Et quia hic dicit sum-  
mam esse legatam,ut designet quantam,necessè est con-  
stituamus aliquam,scilicet duodecim annuātim . Nunc  
q̄stionis est quæ summa nomine falcidia ex illo legato  
detrahi debeat:& ait Marcellus tantum uideri legatum  
quantum

quantum sufficiat sorti ad usuras colligendas trientes eius  
 summa quæ legata est, id est duodecim: triens enim duo-  
 decim, uncia sunt quatuor, quæ summa legata est: Ergo  
 constituamus hanc summam duodecim esse trientes usu-  
 ras, quæ erit summa & sors harum usurarum? nonne cen-  
 tum, trecentis mensibus? Ergo si falcidiaz rationem habe-  
 te uelimus, nos ex centum defalcabimus vigintiquinq;  
 quasi dicat constituamus summam legatam esse trientes  
 usuras, est autem summa legata duodecim, sed quæ sors  
 ad trientes usuras scilicet duodecim requiritur, nonne  
 centum? licet trecentis mensibus? Ergo si falcidiaz ratio-  
 nem habere velimus, ex cetur viginti quinq; auferemus.  
 Et hanc interpretationem nos natura docet usque com-  
 munis. Sed forte aliquis dubitaret quomodo hoc consti-  
 tu possit: ususfructus constitutus reipublicæ aut Ciuita-  
 ti aut loco finitur centum annis, ergo si constituamus  
 trientes usuras, & sic trecenti menses requirantur, solum  
 iam desunt plures anni, quia efficiunt viginti quatuor annos  
 solum, ergo plus detrahi oportuit. His tamen non  
 obstantibus, uera est Marcelli decisio, quia existimamus  
 communiter quasi esset summa emenda nummis, & ne-  
 cessè est tractu temporis rem æstimationem plus commodi-  
 tatis adferre quam existimatio eius ualeat. Verbi gratia,  
 detrahenda est falcidia ex centum, & sic viginti quinq;  
 nonne reliquæ pecunia tractu temporis ultra viginti quinq;  
 commoditatem adferet? & tamen detracta est re & falcidia: inspicimus ergo æstimationem præsentem rei, non  
 lucrum quod ex ea emanare potest. Sed obijcit mihi alius  
 quis ex opinione Marcelli uendendam rē esse, non æsti-  
 mandam ad trientes usuras, & ex eo quod uendi potuit,  
 quartam detrahi. Sed non obstat Marcelli dictum non ea  
 ratione quam adferit hic Accursius, quod sit uidelicet  
 aliud in priuato, aliud in republica. Sed quia annū lega-  
 tum relatum alicui cum morte eius finiatur, & incertem  
 sit quandiu possit viuere, ad æstimationem usurarum nō  
 mulieris habebit modus aduersariis suis recurremus

ea existimatione quartam detrahamus: At reipublicæ relictum, nisi aliud cautum sit , à testatore durat centum annis, nisi malis dicere in infinitum . Hic est uerus huiusce §. nostri intellectus.

## Ad l.si tibi decem,

§. pactum. ff. de pact.



A VL VS N O S T E R ex Sabini sententia <sup>a</sup> uult pactum personale ad hæredem singularem transfire, siue ex titulo oneroſo , ut in emptione, siue ex titulis lucrativo, ut in donatione: cum in confesso fit pacta personalia <sup>b</sup> sicuti & beneficia <sup>c</sup> una cū principium.

persona extingui, neq; ad hæredem transfire maximè fin, golorum. Quid ergo dicemus? An ut uoluit Accurs. quia pactum subsequutum est uenditionem uel donationem, sed si personale fit pactum , quid ad rei alienationem? Hunc itaque intellectum communī calculo improbant, non ea ratione quam prædixi, sed quia diuinatuum fit, An, ut alij uoluerunt , ex quorum numero Bartolus est, quia duobus modis pactum personale considerari pos- sit, altero quia personam nullomodo egredi poscit, alte- ro quia cum persona finiatur, sicq; fieri possit ut viuo eo extendatur ad hæredem singularem , non autem eo mortuo: Sed quæso mihi satisfaciant , quæ sit differentia inter hæc, non egredi personam , & finiri cum persona? num ad unum finem tendunt? Sese tamen tueri nituntur, quasi pactum rei principalis fideiuſſori quoque proſit: <sup>d</sup> Sed quid hæc affinitatis habent pactum factum respe- ctu obligatiois, & ſic rei, & pactum personale? Nonne

<sup>a</sup> L.si tit. decem  
§. pactum cōuen-  
tum fi. de pactis.  
<sup>b</sup> L.si tibi decē  
§. si quis palſiſca-  
tur ff. de pactis.  
<sup>c</sup> L.i. §. plane ex  
his ff. de constitu-

L V illic

<sup>d</sup> L.si tibi decē  
§. fi & l ſequenti.  
Dicto §. fi.

## ANIMADVERSIONES

- a Cap accessorii illic accessorium sequitur naturam principalis. <sup>a</sup> Hie  
in l. de regu. iur. agitur de divisione singulorum & pactione singulari:  
præterea nonne dum excipit fideiussor de facto rei, de  
b L. fine cum l. nullo alio quam pacto excipit, non alias quam pater <sup>b</sup>  
seq. ff. de pactis. de peculio aut de in rem verso conuentus excipiet de  
pacto filij, quia & de filij facto agitur: sic ergo non est  
mirum si & eius pacto pater sese tueatur. Sed si sumus in  
uenditione aut donatione, quomodo personale pactum  
ad extraneum singularemq; hæredem porrigitur? Dicam  
ergo quod sepe cogitando rationi consonum credidi.  
Alia enim sunt pacta <sup>c</sup> in rem, quæ nunquam extingun-  
tur, alia in personā, & illa cum persona intereunt, neque  
eam egrediuntur, alia, ut in actionibus <sup>d</sup> etiam solemus  
dicere: personalia, in rem tamē scripta sunt: & isto tertio  
genere Sabinius hoc loci utitur. Dum itaq; ait in perso-  
nam conceptum pactum, hoc vult, licet in pacto facta sie  
mentio personæ contrahentis, ut intelligantur contra-  
gentis, erat tamen in rem, Verbi gratia, Titius stipulatur  
a Claudio ut liceat per Claudij fundum ire, agere licere  
ad suum fundum, id est uiam, et si persona Claudij hic  
expressa sit, tamen obligatio non est personalis so-  
lum, sed in persona concepta ratione rei quod sit  
ut fundo dominante uendito emptor au-  
thoris sui causam habeat, siveque & ser-  
uitute utatur. Et ita intelligendū,  
esse, hancq; divisionem facere  
docuit me VI-  
pianus. e
- e L. Intisgentiū  
§. paternum, ff. de  
pactis verticale  
pleruncq; enim.

F I N I S.



